ſidis vel alterius poteſtatis, & diſtrahi a fundus pupillaris poteſt. Sed & in poſſeſſionem mitti rerũ pupillariũ à prætore quis poteſt: & ius pignoris b contrahitur ſiue legatorum ſeruãdorum cauſa, ſiue damni infecti. [ & ] vt procedat, c iuberi etiam poſſideri d poterit. Hæ enim obligationes ſiue alienationes locum habent, quia non ex tutoris vel curatoris volũtate id fit, ſed ex magiſtratuũ auctoritate.

Quod ſponte aliquando fit, licèt non valeat: valet tamen ſi ex neceſſitate fiat. hoc dicit.

Itẽ quæri poteſt, ſi fundus à tutore e petit⁹ ſit pupillaris, nec reſtituatur: an litis ęſtimatio oblata alienationem pariat. Et magis eſt vt pariat. hæc enim alienatio non ſpõte tutorũ fuit. Ideõq; erit dicẽdum & ſi fundus petitus f ſit qui pupilli fuit, & cõtra pupillũ pronũtiatum, tutoreſq; reſtituerunt. Nam & hîc valebit alienatio propter rei iudicatæ auctoritatem.

Non tantùm fundus pupilli nõ poteſt ſine decreto alienari: ſed nec ius pupilli quod habet ad illum fundũ: per quod ius ſibi quęritur quaſi rei vindicatio. hoc dicit.

Si ius g ἐμφυτευτικὸν * vel ἐμβατευτικὸν habeat pupillus, videam⁹ D an diſtrahi hoc à tutorib⁹ poſſit. Et magis eſt nõ poſſe: quamuis h ius prædij potius i ſit. Nec vſusfructus alienari poteſt, etſi ſolus fuit vſusfructus pupilli. An ergo hic nec non vtendo amittatur, ſi tutor cauſam præbuerit huius rei k? Et manifeſtum eſt reſtaurari l debere. Sed ſi proprietatẽ m B habeat pupillus, nõ poteſt vſumfructum vel vſum alienare, quãuis oratio nihil de vſufructu loquatur. Simili modo dici poteſt nec ſeruitutem imponi poſſe fundo pupilli vel adoleſcentis, nec ſeruitutem remitti. n quod & in fundo o dotali p placuit. Si lapidicinas † vel quæ q alia metalla pupillus habuit, ſtypteriæ, r vel cuius alterius materię, vel ſi cretifodinas, argẽtifodinas, vel quid aliud huic ſimile.

C

IIII. PAVLVS *libro ſingulari ad Orationem diui ſeueri.*

QVod tamẽ priuatis licet poſſidere.

V. VLPIANVS *libro trigenſimoquinto ad Edictum.*

MAgis puto ex ſententia ſ orationis impediri alienationẽ. Sed & ſi ſalinas habeat pupillus, idem erit dicendũ. Si pupillus alienũ fundũ bona fide emptum poſſideat: dicendũ puto ne hunc alienare tutores poſſe. t Ea e-

a *Diſtrahi.* contra. j. quib. ex cau. in poſſeſ. eatur. l. in poſſeſſionem. j. Sed hoc intellige cum conueniatur pupillus ex contractu patris, non ſuo: vt habetur in eo. titu. l. apud. in prin. &. §. j.

b *Ius pignoris.* demum cum ventum fuerit in poſſeſſionem: vt. s. de pigne. act. l. non eſt.

c *Vt procedat.* ſ. iudex ad ſecũdum decretum. Accurſius.

d *Poſſideri.* ex ſecundo decreto: non tamen eſt ad hoc feſtinandum. & ſi fiat, poterit reſtitui pupillus: vt infra de dam. infect. l. ſi finita. §. ſi forte. &. §. poſtea. & ad idem tẽdit ſupra de mino. l. ſi ex cauſa. Accurſius.

e *A tutore.* i. tutor petit ab aliquo nomine pupilli.

f *Et ſi fundus petitus.* id eſt, aliquis petit à tutore nomine pupilli. & ſic eſt contraria ad ſuperiorem. Sed arg. contra vtrũque ſupra de tranſact. l. cum hi. §. ſi cum lis. & facit ſupra de fun. do. l. j.

g *Si ius.* ſcilicet emphyteuſis in prędio fiſci vel priuati: vt. C. eo. l. etiã. nam habet vtilem in rem pro tali prędio: vt. s. ſi ager vecti. l. j. &. ij. Item dicas in ſeruitute: vt infra ea. l. §. ſimili modo.

h *Quamuis.* per quod videbatur quod poſſit alienari: ſed non poteſt alienari, quia in fauorẽ pupilli non poteſt alienari.

i *Potius.* quàm pupilli. ſic. s. de nego. geſt. l. qui alienum. §. fina.

k *Huius rei.* id eſt, non vtendo.

l *Reſtaurari.* per in integrum reſtitutionem: ergo periit. & ſic eſt contra ſupra quemadmodum ſer. amit. l. ſi communem. Solu. illud in prædiali ſeruitute, quæ non ita facilè amittitur vt vſusfruct. Item contra. j. de acquiren. rerum domi. l. bonæ fidei. Solutio. ibi in rebus corporalibus. Vel dic verius ad vtrumque contrarium: quod hîc nõ admittitur. & quod dicit reſtaurari, ſcilicet quatenus de facto exiuit de bonis eius. Accurſius.

m *Si proprietatem.* ſcilicet plenam.

n *Remitti.* per pactum: ſed non vtendo ſic: vt. s. dicere videtur. & arg. s. de vſufru. l. ſed & ſi quid. §. fin. ſecundum quoſdam: quod nõ placet: vt ſupra quemadmo. ſer. amit. l. ſi communem.

o *In fundo.* ſcilicet dato alicui ab aliquo in dotem.

p *Dotali.* vt. s. de fund. do. l. v. &. vj. &. s. de alie. iud. mu. cau. fac. l. nõ ſolùm. §. ad iura. &. C. de reb. alie. non alie. l. fi.

q *Quæ alia.* id eſt, aliqua alia.

r *Styperiæ.* i. aluminis. à Græco verbo ϛύφω, quod eſt adſtringo. metalli genus. & continua. ll. ſequentes cum iſta.

MAgis.] Caſum in princip. huius. l. vide circa fin. caſus præcedentis. [SI PVPILLVS ALIENVM.] Quæritur, nunquid fundus quem pupil. poſſidet bona fide, poſſit alienari? & dicitur quod non. Quid de fundo pupillo pignerato? Certè diſtrahi poteſt, niſi pupillus vel pater eius impetraſſet vt iure dominij poſſiderent, vel niſi ſit miſſus in poſſeſſionem ex ſecundo decreto: quia maritus non cauebat ei de damno infecto. [SI FVNDVS LEGATVS.] Gaius inſtituit ſibi heredem Titium pupillum, & legauit fundum Seio. nunquid tutores pupilli poſſunt præſtare dictum fundum legatario ſine auctoritate prætoris? Et diſtinguitur: Aut fundus erat teſtatoris: aut pupil. primo caſu poſſunt, ſecundo non. [SI PVPILLVS.] Titio promiſit pupil. fundum: nunquid poteſt ei dare ſine auctoritate prætoris? Et dicitur A quod non. ſecus ſi pater pupilli promiſiſſet dictum fundum Titio prædicto, vel alius cui ſucceſſit pupillus: quia his duobus caſibus bene poterit dare. Item ſi dictus pater pupilli vel alius cui pupil. ſucceſſit, vendiderit fundum: cætera poteſt perficere pupill. Item nunquid pupillus poteſt repudiare fundum ſibi legatum ſine auctoritate prætoris? Et dicitur quod non. [NON PASSIM.] Dictum eſt ſupra. l. j. §. quod ſi fortè. quod propter æs alienum pupilli poſſunt tutores vendere prædia eius. hîc autem dicit quod non indiſtinctè hoc eis permittitur: & ideo ſenatores dederunt arbitrium ſuper hoc prætori: cuius prætoris officio conuenit inquirere vtrum aliũde quàm ex prædiorum venditione redigi poſſit pecu. ad extenuandum æs alienum: & tunc demum permittit venditionem cum non poteſt aliũde exolui. Item conuenit eius officio ęſtimare, vtrum debeat permittere venditionem, vel obligationẽ. & ſi permittat obligationem, nõ debet plus accipi mutuo quam ſit neceſſe propter debitum. ſi autem permittat venditionem, non debet vẽdi magna poſſeſſio propter paruum debitum. Circa hæc ergo omnia ſupradicta debet perquirere taliter cum neceſſariis & parẽtibus & tutoribus pupil. quòd prædicta obſeruentur. [ILLVD QVÆRI POTEST.] Pupillus tutorem Romæ habens habebat in Italia poſſeſſiones, & in Roma, & in prouincia: & tutor eius adminiſtrabat in omni loco: & pupillus erat in debitis: quare tutor fuit Romæ coram prætore, & monſtrauit ei debitum pupilli: & mõſtrauit ſimiliter quod vtilius erat vendere fundum qui erat in prouincia, quàm aliquem alium. vnde permiſit prætor vendere fundum prouincialem. nunquid valet? Et dicitur quod ſic. [NE TAMEN TITVLO TENVS.] Dictum eſt ſupra ead. l. §. non paſſim. quòd prætor debet videre vtrum permittere debeat alienationem, an obligationem propter æs alienum. Pone ergo quòd permiſit vnum, vel aliud: certè debet prætor mittere nuntium ad videndum vtrum pecunia detur creditori, vel nõ. & debet omnimodo ita facere quòd dicta pecu. ſoluatur creditori, & non expendatur alibi. [SI ÆS ALIENVM.] Si tutores velint vendere prædia pup. non propter æs alienum, E quia id non ſubeſt, ſed quia dicunt hoc vtile eſſe pupillis, aliquo modo non debet prætor permittere. & ſi permittat, non valet quod agitur. [MANET.] Dictum eſt ſupra eod. l. j. §. præterea. verſicu. manente. quod manet actio pupillo ſi poſſit probare mentitum eſſe prætori per tutores æs alienum allegantes. iſte. §. dicit quæ actio manet pupill. nam habet rei vindi. contra emptorem, & actionem tutelæ contra tutorem. [COMMVNIA PRÆDIA.] Dictum eſt ſupra eod. l. j. §. ſi communis. quod ſi pupillus habet commune prædium cum aliquo, ſocius ſuus poteſt eum prouocare ad diuiſionem, quę diuiſio eſt alienatio. iſte. §. cum l. ſequ. dicit quid continetur appellatione communis prædij. & eſt planiſſima. Viuianus.

ſ *Ex ſententia.* non per verba.

t *Poſſe.* ſine decreto: cum ſit pupillus quaſi dominus. habet enim Publicianam: vt ſupra de Publi. l. j.

* Id ius intelligi poteſt, quod & quandã detẽtationem reſpicit, & rei poſſidẽdæ facultatem, tametſi proprietas ad aliũ pertineat: quale eſt ius ſuperficiarij, vel eius qui fundũ vectigalẽ poſſideat, vel perpetuarij. Alciat. lib. 1. parer. ca. 36. a Sed remoto fauore pupilli an poteſt ius emphyteuticarum vẽdi clauſula adiecta, ſi & inquantum de iure poſſum: & an vendens incidit in pœnam: Bald. in ca. 1. §. hęc quoque. de ſucceſ. feu. & in. l. fi. C. de inge. ma.

† Lapidicina quid proprièdicatur, vide Bar. l. in lege. s. de cõtra. emp. & ven. & quomodo differat à venæ ſaxorum, Pau. de caſ. conſi. 176.

nim qua † quaſi pupillaris verò diſtractus eſt, venditio valet. [a]

Si fundus pupillo pigneratus ſit: an vendere tutores [poſſint [b]? & puto.] hunc enim quaſi debitoris, hoc eſt alienum vendunt. ſi tamen impetrauerat pupillus vel pater eius, vt iure dominij poſſideant: [c] conſequens erit dicere non poſſe diſtrahi quaſi prędium pupillare. Idémque & ſi fuerit ex cauſa damni infecti iuſſus poſſidere. [d]

Fundus alienus legatus à pupillo herede inſtituto, poteſt reſtitui legatario: ſecus ſi fundus proprius pupilli legatus ſit. hoc dicit.

Si fundus legatus, vel per fideicommiſſum fuerit relictus Seio à pupillo herede inſtituto: an tutores reſtituere [e] hũc fundum poſſint ſine auctoritate prætoris? Et putem, ſi quidem rem ſuam [f] legauit, ceſſare orationem. Sin verò de re pupllli, dicẽdum erit locum eſſe orationi, nec inconſulto prætore poſſe alienari. *

Quando pupillus ſuccedit in rem alij promiſſam vel debitam prius ex venditione, illa res poteſt alienari in eum cui debetur: ſecus eſt ſi ipſe pupillus talẽ rem immobilem promittat. hoc dicit.

Si pupillus ſtipulanti ſpoponderit: an ſoluere poſſit ſine prętoris [g] auctoritate? Et magis eſt ne poſſit: alioquin inuenta erit alienandi ratio. [h] Sed ſi pater ſtipulanti fundum ſpoponderit, ſucceſſerítque pupillus in ſtipulatum: [i] fortius dicetur, ſine prætoris auctoritate poſſe eum reddere. [k] Idémque & ſi iure hereditario alij [l] ſucceſſerit, qui erat obligatus. Eadem ratione & ſi parens [m] fundum vendidit, vel quis alius cui pupillus ſucceſſerit: poteſt dici pupillum cætera venditionis inconſulto prætore poſſe perficere. Fundum autem legatum repudiare pupillus ſine prætoris auctoritate non poteſt. Eſſe enim & hanc alienationem, cum res ſit pupilli; [n] nemo dubitat. Non paſſim [o] tutoribus ſub obtentu æris alieni [p] permitti debuit venditio. namque non eſſe viam eis diſtractionis tributã.

& ideo prætori arbitrium huius rei ſenatus dedit: [q] cuius officio in primis conuenit hoc excutere, an aliunde poſſit pecunia ad extenuandum æs alienum expediri. Quærere ergo debet, an pecuniam pupillus habeat vel in numerato, vel in nominibus quæ conueniri poſſunt, vel in fructi-
B bus conditis, vel etiam in redituum ſpe atque obuẽtionum. * Item requirat num aliæ res ſint præter prædia, quæ diſtrahi poſſint, ex quorum pretio æri alieno ſatisfieri poſsit. Si igitur deprehenderit non poſſe aliunde exſolui quàm ex prædiorum diſtractione: tunc permittet [r] diſtrahi, ſi modò vrgeat creditor, aut vſurarum modus parendum æri alieno * ſuadeat. Idem prætor æſtimare debebit vtrum vende-
C re potius, an obligare permittat: necnon illud vigilanter obſeruare, ne plus accipiatur ſub obligatione prædiorum fœnoris, quàm quod opus ſit ad ſoluendum æs alienum, aut diſtrahendum arbitrabitur: ne propter modicum æs alienum magna poſſeſsio diſtrahatur. Sed ſi ſit alia poſſeſsio minor, vel minus vtilior pupillo: magis eam iubere * diſtrahi, quàm maiorem & vtiliorem. In primis igitur quotiens deſideratur ab eo [ſ] vt permittat * diſtra-
D hi: requirere debet eum qui ſe inſtruat [t] de fortunis pupilli: nec nimium tutoribus vel curatoribus credere: [u] qui nonnunquam lucri ſui gratia adſeuerare prætori ſolent neceſſe eſſe diſtrahi poſſeſsiones, vel obligari. Requirat ergo neceſſarios pupilli vel parentes, vel libertos aliquos fideles, vel quem alium qui notitiam rerum pupillarium habeat: aut ſi nemo inueniatur, aut ſuſpecti ſint qui inueniuntur,
E iubere debet edi rationes, itémque ſynopſin [x] bonorum pupillarium, aduocatúmque pupillo dare, qui inſtruere poſſit prætoris religionem, an adſentire venditioni vel obligationi debeat. Illud quæri poteſt, ſi prætor [y] aditus permiſerit diſtrahi poſſeſsionem prouincialem, an valeat quod fecit. Et putem valere, [z] ſi modò tutela Romæ agebatur, & hi tutores eam quoque adminiſtra-

---

a *Valet.* aliàs eſt in litera. non valet: & bona eſt, & loquitur in eodem caſu quo ſupra. aliàs eſt valet, ſine non: & tunc dic quod non erat pupillus, nec habebat tutorem: ſed ſciens alienum poſſidebat: vt infra vt in poſſeſ. lega. l. is cui. §. bonorum. & §. ſi depoſitá. & tũc loquitur alio caſu quàm ſupra: & valebit ſine decreto. Et ſecũdum vtrumque dic, eius ſcilicet fundi qui quaſi à pupillo diſtractus eſt. vnde, &c. & facit ad. §. ſupra de ali. iudi. l. ex hoc. §. alienare. & l. non ſolùm. & C. eod. l. iij. & ſi quis igno. rem mi. l. j. & ſupra de noxa. act. l. quoties. §. j. & infra de adul. l. ſi poſtulauerit. §. de eo. Item quid ſi rem alienam bona fide ſine titulo poſſidet? an poterit vendi ſine decreto? Videtur quod ſic. nam emptor vſucapit: vt infra pro empt. l. ij. §. ſi à pupillo. & de doli except. l. apud. §. ſi quis nõ tutor. & ſ. de iis qui ꝓ tuto. l. ij. & ſic vſucapio non eſt prohibita: nec ergo alienatio: vt argu. ĵ. de verbo. ſignifi. l. alienationis. E contra videtur quòd non: quia verba orationis latè patent. nec enim dicunt prædia minorum, ſed ſimpliciter prędia. Item iſte caſus hic videtur dici, eius enim, &c. ſi enim vt pupillaris exiſtens venditur, non valet, vt hîc. Accurſius.

b *Poßint.* & vtique poterunt: hunc enim, &c.

c *Poßideat.* ſic C. de iure do. impe. l. fi.

d *Poßidere.* ex ſecundo decreto: & ſic fit dominus ſi prior erat dominus: aliàs vſucapit: vt. ĵ. de dam. infect. l. ſi finita. §. Iulianus.

e *Reſtituere.* id eſt, præſtare. ſic ponitur. ĵ. proxi. §. in fi.

f *Rem ſuam.* teſtatoris: & facit. ĵ. de ma. vin. l. ſi rogatus. in princi.

g *Prætoris.* aliàs prætoris: aliàs tutoris. Accur.

h *Ratio.* non debet aperiri via malitiis. ſic. ſ. de trib. l. illud. in fi. & ſ. de tranſac. l. cum hi. §. ſi cum lis.

i *In ſtipulatum.* i. in obligationem ex ſtipulatu qua pater tenebatur.

k *Reddere.* id eſt, dare: vt. ĵ. de verbo. ſig. l. verbum reddere. & ſ. proxi. §. in verbo, reſtituere. & facit ad. §. C. ſi aduer. ven. pig. l. ij.

l *Alij.* ſ. quàm patri.

m *Si parens.* facit ſupra proxi. §. & ſupra de cõtrahen. emp. l. fiſtulas. §. j. & C. quã. decre. opus non eſt. l. j.

n *Pupilli.* nã recta via ad eum dominium rei legatæ tranſit morte teſtatoris, ſiue ab adita A hereditate: vt. infra de leg. ij. l. legatum. & vbi repudiat maior. xxv. an. antequam videtur fuiſſe eius: vt infra de leg. j. l. ſi tibi homo. §. cum ſeruus. Item contra. huic. l. videtur ſupra de dona. inter vi. & vxo. l. ſi ſponſus. §. ſi maritus. vbi dicit quod non videtur donare nec alienare aliquid de ſuo, ſed magis nec lucrari. ſed ibi aliud eſt: quia non amare nec tanquam inter infenſos ſunt donationes ꝓhibitæ inter coniuges: vt in eodem titu. l. ſi id quod. §. ſi quas.

o *Non paßim.* id eſt, nõ ſine diſtinctione, vel cauſæ cognitione. ſic ponitur. ſ. de poſtu. l. j. in princip.

p *Æris alieni.* æris alieni hîc ideo fit mentio, quia hæc eſt illa vera cauſa per quam permittitur diſtractio: vt C. de præd. mi. l. ob æs. & aliàs per cõſtitutionem, vt in dote & donatione propter nuptias, cum decreto tamen: vt. C. ſi mi. ma. fa. ſine decre. fa. alie. confir. l. fi. §. cum autem. & de admi. tut. l. lex quæ tutores. in prin. Accurſius.

q *Dedit.* vt. ſ. eo. l. j. §. j.

r *Permittet.* facit ſupra de pign. act. l. tutor. in princip.

ſ *Ab eo.* prætore. Acc.

t *Inſtruat.* ſic ſupra eo. titu. l. j. §. ſi præſes.

u *Credere.* ſic infra de re milita. l. non omnes. §. à barbaris. & ſupra de eo per quem factũ eſt. l. j. §. j. & C. de aſſeſſo. l. fina. ibi, nec facile, &c. Item excipe hîc parẽtes pupilli ſi ſunt tutores: vt infra eod. l. ſi pupillorum. §. ſi pater. Accurſius.

x *Synopſin.* aliàs eſt, ſi inops: & tunc dat aduocatum cum ſalario de publico: vt not. ſupra de poſtu. l. j. §. ait prætor. aliàs eſt, ſi opus ſit. Accurſ. ADDITIO. Synopſin eſt in Pand. Flo. Eſt autem ſynopſis, compendiũ, quod inuẽtarium, aut repertorium. Vlpianus. l. tutor qui reper. de admini. tut. appellat, ἀναγραφὴν. l. cũ plures. de reb. auct. iud. poſ. Ego inquit, puto creditoribus inſtrumentorum etiam ἀναγραφὴν facere. Ant. Aug. lib. 4. c. 3.

y *Prætor.* vrbis Romanæ. Accurſius.

z *Valere.* contra videbatur: quia in prouinciali re tantùm præſes interuenire debet: vt. C. eod. l. ob æs.

---

† Scilicet venditione. Sic mutauit Taurell. ſicque interpretatus eſt, cùm in archet. legeretúrque. Taurellus in adnotat.

Alienatione permiſſa permittitur vſucapio, & econtra.

*Flo. alienare.

Malitiis via non debet aperiri.

*Obuẽditionum legitur in archetypo. Sed Taurel. ſic immutauit.

*Halo. carendum ære alieno.

*iubeat.

*Flo. remittat.

tionem ſubierant.[a] Ne tamen titulo tenus [b] tutores ære alieno allegato pecunia abutantur quã mutuam acceperunt: [c] oportebit prætorem curare vt pecunia accepta creditoribus ſoluatur, & de hoc decernere, daréque viatorem, [d] qui ei renuntiet † pecuniam iſtam ad hoc conuerſam B propter quod deſiderata eſt alienatio vel obligatio.

Si æs alienum nõ interueniat, tutores tamen allegent expedire hæc prædia vendere, & vel alia comparare, vel certè iſtis carere: videndum eſt an prætor eis debeat permittere. Et magis eſt ne poſsit.[e] Prætori enim non liberum [f] arbitrium datum eſt diſtrahendi res pupillares: ſed ita demum, ſi æs alienum [g] immineat. Proinde & ſi permiſerit C ære alieno non allegato: conſequenter dicemus nullam eſſe [h] venditionem, nullúmque decretum. Non enim paſſim diſtrahi iubere prætori tributum eſt: ſed ita demum, ſi vrgeat æs alienum. Manet [i] actio pupillo, ſi poſtea poterit probari obreptũ eſſe prætori. Sed videndum eſt, vtrum in rem, an in perſonam dabimus ei actionem. Et magis eſt, vt in rem detur, non tantùm in perſonam aduerſus tutores ſiue curatores. Communia [k] prędia accipere debemus, ſi pro D indiuiſo communia ſint. Cæterùm ſi pro diuiſo communia ſint, [l] ceſſante oratione [m] decreto locus erit.

VI. IDEM *libro ſecundo de omnibus Tribunalibus.*

SEd ſi fortè alius proprietatem fundi habeat, alius vſumfructum: magis eſt vt ceſſet hæc pars [n] orationis, quæ de diuiſione loquitur. nulla enim communio [o] eſt.

VII. IDEM *libro trigeſimoquinto ad Edictum.*

B SI pupillorum ſint communia prædia, qui diuerſos tutores habent: videamus an alienatio locum habere poſſit. Et cum prouocatio neceſſaria ſit, [p] puto alienationem impediri. Neuter [q] enim poterit prouocare, ſed ambo prouocationem exſpectare. Item ſi eoſdem tutores habeant, multo magis quis impeditam alienationem dicet.

Si pupillus dedit pignori ex permiſſu prætoris, nonnulla erit dubitatio an alienatio poſſit C impediri. Sed dicendum eſt poſſe creditorem ius ſuum exequi.[r] tutius [s] tamen fecerit, ſi prius prætorem adierit. Si pater vel parens tutor ſit alicui ex liberis, an prætor adeundus ſit ſi obligare velit? Et magis eſt vt debeat.[t] Pronior tamen eſſe debet prætor ad conſentiendum patri.[u] Si prætor tutoribus permiſerit vendere, illi obligauerint, vel contra: an valeat quod actum eſt? Et mea fert opinio, eum qui aliud fecit quàm quod D à prætore decretum eſt, nihil egiſſe.[x] Quid ergo ſi prætor ita decreuerit: *Vendere, obligaréve permitto*: an poſsit liberum arbitriũ habere quid * faciat? Et magis eſt vt poſſit, [y] dummodo ſciamus prætorẽ non rectè partibus ſuis functũ. debuit enim ipſe ſtatuere & eligere [z] vtrũ magis obligare, an vendere permittat.

---

Decretũ in nõ ſubiectũ non tenet.

a *ſubierant.* aliàs non: quia decretum in non ſibi ſubiectum non tenet. Azo. & Hug. vt.s̃. de iuriſdi. omnium iudi.l.fin. & inſtit. de A Attil.tut.in prin.&.§.ſed hoc.&.s̃.de offi. præfect.vrb.l.ſi.

b *Titulo tenus.* allegant titulum debiti, ſed non probant.

c *Acceperint.* ſub hypotheca rei minoris: & idem ſi ex pretio vẽdatur. nam de vtroque ſubiicit. Accurſius.

Viatori an credendum ſit.

d *Viatorem.* an autem viatori huic credatur? Reſpond. hoc caſu ſic: cum & ſi verum nõ dicat, conſultum ſit minori contra tutorem vel curatorem. aliàs autem an credatur? Reſpond. vt no.s̃. de offi. præfec. vrb.l.j.§. & ſanè. &.C. de accu.l.eadem quidẽ. Item facit ſupra de iudi.l. fina. & in authen. de eccle.rebus immobili.§.ementibus.colla.v.

† Gloſ. in.c. ſciſcitatus. ſuperverbo, deſtinare.de reſcr. tenet quod iſta renũtiatio debet fieri literatoriè: ſicut quãdo collega alicuius delegati ſe excuſat ꝙ non poſſit intereſſe cauſę cognitioni.

e *Ne poſsit.* vt infra. e.l. ſi fundus.

f *Non liberum.* ſic ſupra de tranſactio.l. cum hi. §.ſi prætor. Accur.

g *Æs alienum.* vel ſimilis cauſa: quod dic vt.C. eo.l.ob æs.

h *Nullam eſſe.* Nota nõ tenet decretum iniuſtũ: vt & dicit Ioã. infra eo. l.ſi prædia.& dicto.§. ſi prætor.

i *Manet.* ſic.C.ſi aduer. vendi.l. in integrum reſtitutione. &. C. eo.l. ſi præſes. & ſupra eodem l.j.§.j. & de in ius vocã. l. ſed ſi hac.§.iij. Accurſius.

k *Communia.* exponit hîc vltimam partem orationis poſitæ. s̃.e.l.j.§.j.ibi, ſi communis &c.

l *Communia ſint.* ſic ergo & pro diuiſo poteſt dici res cõmunis aliàs: vt infra de verbo.ſignifi.l. locus. §. j. licet non hic.

m *Ceſſante oratione.* illa parte orationis quæ eſt in. §. ſi communis. ſed non tamẽ ceſſat prima pars orationis: vt hîc ſubiicit.

n *SEd ſi forte. Ceſſet hæc pars.* quæ eſt ſupra eo.l.j.§.j.ibi, ſi communis &c. ſed non ceſſat prima pars: quia nec vſusfructus nec proprietas alienari poteſt ſine decreto: vt ſupra.l. ſi pecunia.§. nec vſusfructus. &.§.ſequen. Accurſius.

o *Nulla communio.* vt.s̃.de pecu.l.ſed hoc quęritur.§.j. nec vſusfru. cum poſſeſſione: vt.j̃. de acquirenda poſſeſ.l. permiſceri. nec poſſeſſio cum proprietate: vt in eod. titu.l. naturaliter. §. nihil. & vti poſſide.l.ſi duo. in fine.

SI *pupillorum.*] CASVS. Duo pupil. habent duo prædia communia. nunquid poſſunt diuidere ſine auctoritate prætoris? & dicitur quod non. & hoc ſiue habeant dicti pupilli eoſdem tutores, ſiue diuerſos. & reddit rationem in litera. & hoc vſque ad primum.§. [SI PVPILLVS DEDIT.] Dictum eſt ſupra eodem.l. j.§. quod ſi fortè. &.l. magis.§. non paſsim. quòd tutores cum auctoritate prætoris poſſunt obligare prædia pupillorum. modò ponamus quòd obligauerunt. nunquid poterit creditor vendere pignus ſecundum legem quæ permittit aliis creditoribus vendere pignora? & certè poterit: tamen melius faciet, ſi faciat cum auctoritate prætoris. [SI PATER.] Planiſsima eſt. [SI PRÆTOR.] Cum tutor allegaret coram prætore æs alienum pupilli, A prætor permiſit ei vt venderet pupilli prædium: & ipſe obligauit, vel econtra. nunquid valet quod agit? & certè non. ſed ſi prætor ita dixit tutori, permitto tibi vendere vel obligare prædium pupilli: certè eſt in arbitrio tutoris vtrum vendat, vel obliget: quamuis prætor malè decreuit. [SI OBLIGAVERIT.] Pignus pupilli, puta Codex, erat obligatum Titio creditori patris pupilli quondam. tutor ipſius pupilli Digeſtum ipſius pupilli obligauit Seio ſine auctoritate prætoris, vt ſatisfaceret Titio primo creditori. nũquid valet obligatio Digeſti? certè non habet tamen Seius exceptio. ſi pupil. ab eo Digeſtũ repetat. Sed quid ſi Codicem Titio obligatum obligauit Seio prædicto ſecundo creditori, & non Digeſtum: & eandem ſortem recepit à Seio ſecundo creditore quam debebat pupillus Titio primo creditori, & ſub eiſdem vſuris? certè valet obligatio, & ius primi creditoris tranſit ad Seium ſecundum. Viuianus.

p *Neceſſaria ſit.* maioris: vt ſupra leg. j. §. ſi cõmunis. &. C. eodem leg. penult. ſed hîc neuter eſt maior. Accurſius.

q *Neuter enim.* ſecus in Eccleſia: quæ cum poſſit cum alia permutare: vt.C. de ſacroſanct.Eccle.authẽt. item ſibi inuicem. ergo & diuidere, cum diuiſio ſit quędam permutatio: vt nota. ſupra de tranſactionibus.l. cum hi. Accurſius.

r *Exequi.* vendẽdo. ad quod. C. eod.l.ij. * Flo. quì

Pars tutior eligẽda eſt.

ſ *Tutius.* ſic.C. de pig. l.iij. & infra de ſolut.l.ſi ſtipulatus. §. ſi lancem. Et not. conſilium legis eſt tutiorem partem eligere. ſic.C. de inter.ma. l. cum proponas. & infra ad Trebel. qui totam. & vt in poſ. le.is cui.§. ſi ex duobus. & ſupra de inoffi. teſta.l. fina. & quod cuiuſque vni. no.l. fin. & de E peri. & commo.rei ven.l.j.§.licet.

t *Debeat.* vt.C.eodem.l.iij.

u *Patri.* quàm alij tutori vel curatori: vt ſupra eodem.l. magis.§. in primis. & eſt ratio, affectio: vt ſupra de ritu nupt.l. non ſolum §.de illo. & Cod. de bonis quæ liber.l. fina.§. hoc proculdubio. Accurſius.

x *Nihil egiſſe.* facit ſupra qui.mo.pig.vel hypot.ſolui.l.ſicut.§.ſi debitor. ibi, ſed ſi permiſit &c.

Factum tenet, quod aliàs fieri nõ debet.

y *Magis eſt vt poſſit.* licet ergo fieri non debuit, factum tamen tenet. ſic ſententia ſub conditione lata: vt infra quando appell. ſit leg.j. §. biduum. ſecus in ſententia lata ſub tali alternatiua quæ eſſet incerta: vt infra de verb.oblig. leg. vbi autem.§ qui id quod. & ita non valet: vt.Cod. de ſentent. quæ ſine cer. quanti.leg. fina. tenuit ergo decretum iſtud iuſtum: vt & ſupra quod met.cauſa.leg. fin.

z *Eligere.* vt ſupra eod.l. magis.§.non paſſim.

a *Si obligauit.* puta prædium ruſticum vel ſuburbanum.
b *Doli mali locus.* aliquando ergo non tenet pignus: eſt tamen locus retentioni: vt & no. C. ſi ali. res pigno. dat. ſit. l. j. Accurſius.
c *Sub pignore.* alio. idẽ ſi ſub nullo: vt. ĩ. eo. l. ſi fundus. §. j. & Cod. eo. l. vtere. ſi autem ſub eodem, tunc tenet: vt ſupra proxi. reſpon.
d *Ei.* qui poſtea credidit, & dic rem quam pignorauit priori.
e *Ius prioris.* vt & C. de iis qui in priorũ cre. l. j. & ſupra qui po. in pigno. ha. l. qui prior. Accurſius.

Q*Vi neque tutores.*] CASVS. Imperatoris Seueri oratio quæ eſt ſupra. e. l. j. dicit ꝙ tutores & curatores non poſſunt alienare vel obligare prædia pupillorum, & non dicit de illis qui gerũt pro tutore furioſi, vel pro curatore, nec de curatore furioſi, nec de curatore cuiuſlibet alterius. quid ergo dices in eis? & certè dicam idẽ quod in tutoribus pupillorũ & curatoribus adultorũ dixit dicta oratio. [AN OBLIGARI.] Dictũ eſt ſupra l. j. §. ſi cõmunis. & l. magis. §. fina. & l. ſequẽ. & alibi ſcilicet qualiter pupillus habens prædia cõmunia cũ maiore poſſit ad diuiſionem prouocari à maiore: & ita ad alienationẽ. per quod videbatur quod ipſe minor poſſit alienare vel obligare: quod tamen non eſt verum. Viuian.
f *Diſtrahere.* vt ſupra de eo qui pro tut. l. ij. & C. de tuto. & cura. qui ſatis non de. l. in dubium. & ſupra tit. j. l. conſilio. §. j. Sed cõtra infra de doli excep. l. apud. §. ſi quis non tutor. nam ibi dicit emptorem vſucapere. igitur tenuit alienatio: alioquin non procederet vſucapio: vt. ĩ. de vſuca. l. Celſus. Sol. hîc loquitur de re ipſius pupilli, ibi de aliena, prout ibi no. & facit. C. de eo qui pro tu. l. ij.
g *Non adoleſcentis.* hoc dicit quia in oratione de eo dicitur: & ſecundum hoc quod. ĩ. dicit de pupillo: ſub. & adultis. Item quod ſubiicit, curatores, ſcilicet furioſi & ſimilis, ſcilicet mente capti, eſſe coniunctos tutoribus ratione ſimilitudinis: & quod ſubiicit, & de cæteris: ſub. eorũ qui ſuis rebus ſupereſſe nõ poſſunt, & ſimilium. Et ſecundum hoc quod dicit in prin. vel cuiuſuis alterius, ſcilicet ſimilis: vt mente capti. & ſi hoc velis dicere verba pertinere ad curatores adultorũ: tu dic non adoleſcentium: & ſubaudi, tantùm. Et quod dicit, & puto, ſoluit de curatoribus adultorũ qui ſunt cõiuncti tutoribus eo quòd finita tutela ipſi accedunt: vt inſtit. quib. mo. tut. fi. §. fi. & etiam ratione ſimilitudinis. Accurſius.
h *Iure.* innuit quod ante orationem valebat venditio.
i *Pertinere.* ſcilicet ad curatorem adulti ad ſimilitudinem tutorum vel curatorum pupilli: & hoc ex mente orationis: & idem de curatoribus aliorum: vt ſubiicit. & ĩ. eo. l. ſi prædia.
k *Communia.* pupillo & maiori: & dic poſsit à pupillo vel eius tutoribus. nam ſocius ſuã partẽ bene poteſt obligare pro indiuiſo.
l *Excipit oratio.* vt poſsit diuidere maiore prouocante: vt. ſ. eo. l. j. §. ſi communis. Accurſius.
m *Perimatur communio.* quia conſueuit inducere diſcordiam: vt. ĩ. de lega. ij. l. cum pater. § dulciſſimis. Accurſius.
n *Vt augeatur difficultas communionis.* quod fieret ſi permitteretur obligatio. Accurſius.

† In archetypo. cõiunctis nõ malè. * accipiuntur.

Communio diſcordiam parit.

**Si pupillus vult pignus repetere quod tutor obligauit pro pecunia quæ conuerſa eſt in vtilitatem ipſius pupilli, puta quia ſolu ta creditori eius, repellitur exceptione doli. Bartolus.**

Si obligauit [a] rem tutor ſine decreto quamuis obligatio non valeat, eſt tamen exceptioni doli locus: [b] ſed tunc, cũ tutor mutuã acceptam pecuniam ei ſoluerit qui ſub pignore [c] erat creditor. Item videndum eſt an & obligare ei [d] rem poſſit. Et dicendũ eſt, ſi eandem ſortem acceperit, nec grauioribus vſuris, valere obligationem, vt ius prioris [e] creditoris ad ſequentem tranſeat.

VIII. IDEM *libro ſecundo de omnibus Tribunalibus.*

QVi neque tutores ſunt ipſo iure, neq; curatores, ſed pro tutore negotia gerũt, vel pro curatore: eos nõ poſſe diſtrahere [f] res pupillorum vel adoleſcentiũ nulla dubitatio eſt. Sed ſi curator ſit furioſi, vel cuius alterius non adoleſcẽtis: [g] videndum eſt vtrum iure [h] veteri valebit venditio, an hanc orationẽ admittemus. Et puto, quia de pupillis princeps loquitur, & cõiunctim † tutoribus curatores accipiũt, * pertinere. [i] Et de cæteris puto ex ſententia orationis idem eſſe dicendum. An obligari cõmunia [k] poſſint, queritur. Sed nõ puto ſine decreto obliganda. Nam quod excepit oratio, [l] ad hoc tantùm pertinet, vt perimatur communio, [m] non vt augeatur difficultas communionis. [n]

**Decretum anteceſſoris poteſt reuocare ſucceſſor. h. d. Barto.**

IX. IDEM *libro quinto opinionum.*

QVamuis anteceſſor præſidis decreuiſſet ea prædia venũdari, quæ tutor pupilli ſubiecto nomine alterius emptoris ipſe ſibi cõparabat: tamẽ ſi fraudem [o] & dolum contra ſenatuſconſulti auctoritatem, & fidem [p] tutori cõmiſſam deprehendiſſet ſucceſſor eius: æſtimabit quatenus tam callidum cõmentum etiã in exẽplum [q] coërcere [r] debeat.

**Exceptio quæ incipit cõpetere venditori poſt contractum: trãſit ad emptorem. hoc dicit. Bartol.**

X. IDEM *libro ſexto Opinionum.*

ILlicitè [ſ] poſt ſenatuſconſultũ pupilli vel adoleſcẽtis prædio venundato, ſi eo nomine apud iudicem tutelæ [t] vel vtilis actionis æſtimatio facta eſt, eáque ſoluta: vindicatio prædij ex æquitate inhibetur.

XI. IDEM *libro tertio de Officio Proconſulis.*

SI prędia minoris vigintiquinque annis diſtrahi deſiderentur, cauſa cognita pręſes prouinciæ debet id permittere. [u] Idem ſeruari oportet & ſi furioſi, vel prodigi, vel cuiuſcũque alterius prædia curatores velint diſtrahere. [x]

Q*Vamuis.*] CASVS. Quidam tutor deſiderans emere rem pupil. ſui, puta prædium, ſubiecit Titium extraneum qui emeret. ipſe tamen tutor de ſuo ſoluebat pretium, & ſibi prædium acquirebatur: vnde fuit coram præſide tutor: & probauit pupilli debitum prædicti imminere. & ſi præſes præſtitit auctoritatem dictæ venditioni, quæ clã prædicto modo per tutorem fiebat. poſtea obiit dictus præſes, & habuit ſucceſſorẽ ĩ officio. certè ſucceſſor debet coërcere fictionẽ & fraudem tutoris prędictam, vt alij tutores timeãt talia facere. Viuia.
o *Fraudem.* puta quia clam faciebat, vel non auctoritate alterius con tutoris: vt. ſ. de contrahẽ. emp. l. in emptione. §. fi. & l. non licet. Alioquin contra: vt. C. de cõtrahen. emp. l. cum ipſe.
p *Fidem.* quam debet pupillo.
q *In exemplum.* ſic. ĩ. de pœnis. l. ſi quis aliquid. §. qui abortionis. Accur.
r *Coercere.* extra ordinẽ imponendo ei pœnam: vt. ĩ. de pœnis. l. ſanctio legum. & per cõſequẽs retractabit decretũ anteceſſoris: [a] vt. ſ. de teſtamẽ. tu. l. iure noſtro. in princip. Sed ideo eſt quia nullum fuit, vel iniuſtũ: quia ipſemet prędeceſſor ſi viueret, infringere poſſet: vt. C. e. l. ſi pręſes. & C. de diſtr. pign. l. & qui ſub imagine. & C. de accuſa. l. iiij. alioquin aliud eſſet: vt C. ſenten. reſcind. non poſſe. l. j. & ĩ. de pœnis. l. diui fratres. in princip.

a] Quod ſi mita, niſi tranſiſſet in cõtractum: quia tunc non reuocaret. l. quod ſemel. & ibi gloſ. & Bart. ĩ. de decre. ab ordi. facien.

I*Llicitè.*] CASVS. Prętori fuit mentitũ per tutorem Titij pupilli dictum pupillum eſſe in magnis debitis, & ſic prætor permiſit alienationem prædij prædicti pupilli: vnde poteſt pupillus vindicare prædium ab emptore, vel contra tutorem actione tutelæ agere: vt ſupra eod. l. magis. §. manet. pone ergo quod egit vna de illis actionibus: & ille contra quem egit, fuit cõdemnatus in æſtimationem prædij: & ipſe eam ſoluit pupil. certè non poterit amodò pupillus vindicare prædiũ. Viuianus.
ſ *Illicitè.* quia ſine decreto: vel cum eo, ſed per obreptionem.
t *Tutelæ.* hoc eſt dicere: quando tutor fuit cõuentus actione tutelæ, vel curator pupilli vtili actione nego. geſto. & reſtituit pretium minori, vel æſtimationem rei alienatæ: quod emptor eſt ſecurus. & ſic eſt contra ſupra de peti. here. l. nec vllam. §. penul. & infra de ſol. l. Stichum. §. dolo. vbi dicit ſoluentem dolo non liberare poſſidentem. Solu. ibi poſſeſſor habuit cauſam à doloſo, hîc non, ſed à pupillo cuius nomine tutor vendidit. Vel ſol. vt ibi. Vel dic quod agit hic minor contra emptorem rei vindicatione, quod poteſt: vt ſupra eod. ti. l. magis puto. §. manet. & facta eſt æſtimatio tutelæ vel vtilis nego. geſt. id eſt rei alienatæ à tutore vel curatore pupilli, & de qua tenebatur act. tute. vel vtili nego. geſt. nam eſt tutus emptor: vt ſupra eod. l. iij. §. item quæri poteſt.

S*I prædia.*] CASVS huius. l. ponitur. ſ. eod. qui neque. §. j. & eſt plana hæc. l. & ſequen. & dic in ea vt dixi ſupra eod. l. ſi pupillorum. §. penul. & fina. Viuianus.
u *Permittere.* ex ſententia orationis: vt ſupra eodem leg. qui neque. §. j.
x *Diſtrahere.* & hoc ex mente, non ex verbis: vt ſupra eo. l. j. §. j. & l. qui neque. §. j. Accurſius.

a NOn fit contra ſenatuſconſultum. quod eſt.s̃.eo.l.j.§.j. Sed cõtra in authen.vt hi qui.§.quod ſi quis. colla.vj.Accurſius. A

b Si cuius. id eſt ſi alicuius pupilli.

c Creditori. cui pater pupilli prædium obligauerat.Accurſius.

d Succedat. in pignore,& in alia perſona hoc fieri poſſet: vt ſupra eo.l.ſi pupillorum.§. fina.& facit ſupra ad Maced.l.ſed Iulianus.§. penult.& ſupra de donat. inter virum & vxo.l. ſi donatæ.§.j. Accurſius.

Tutor poteſt creditori patris pupilli ſoluere: & in eius locum in pignora ſuccedere, hoc dicit.

XII. MARCIANVS *libro ſingulari ad Formulam Hypothecariam.*

NOn fit contra ſenatuſconſultum, [a] ſi cuius [b] tutor creditori [c] patris pupilli exſoluit, vt eius loco ſuccedat. [d] B

XIII. PAVLVS *libro ſingulari ad orationem diui Seueri.*

SI fundus ſit ſterilis, vel ſaxoſus, [e] vel peſtilens, [f] videndum eſt an alienare eum nõ poſſit. Et imperator Antoninus & diuus pater eius in hęc verba reſcripſerunt: Quod allegaſtis infructuoſum eſſe fundum quem vendere vultis, mouere [g] nos non poteſt, cùm vtiq; pro fructuum [h] modo pretium inuenturus ſit. [i]

Si tutor vẽdat prædium pupilli, & ex pretio ſatisfacit creditoribus paternis: ſi poſtea pupillus vult vindicare prædium, & non offerat pretium, repelletur doli exceptione. hoc verũ ſi ex cęteris facultatibus æs alienum pupilli ſolui non poterit: & ſi illæ res ſaluæ erunt ex quarum pretio æri alieno ſatisfieri poterit. Bartol. C

Quamquam autem neque diſtrahere, neq; obligare tutor pupillare prædium poſſit: attamẽ [k] Papinianus libro quinto reſponſorum ait tutorem pupilli ſine decreto prætoris nõ iure diſtrahere. D Si tamen, inquit, errore lapſus vendiderit, & pretium acceptum creditoribus paternis pueri ſoluerit: quandoque * prædiũ domino cum fructibus vindicãti, doli non inutiliter opponitur exceptio pretium ac medij temporis vſuras quę creditoribus debentur, nõ offerenti, ſi ex cæteris eius facultatibus æs alienum ſolui nõ poterit. Ego autem notaui, etſi ſolui potuerit, ſi tamẽ illæ res ſaluæ erunt, ex quarũ pretio æri alieno ſatisfieri potuit, dicẽdum eſſe * adhuc doli exceptionem obſtare, ſi lucrum captet pupillus ex damno alieno. [l]

Teſtamentum irritum probat voluntatem teſtatoris. Nico. de Neapol.

XIIII. IDEM *libro nono Reſponſorũ.*

PAulus [m] reſpondit, etſi teſtamentum patris poſtea irritum [n] eſſe apparuerit: tamen tutores pupilli ſiue curatores filij nihil cõtra orationem diuorum principum feciſſe videri, ſi ſecundum voluntatem defuncti teſtamento ſcriptam prædium ruſticum pupillare vendiderunt.

* Flo. eſt.

## DE CVRATORIBVS furioſo & * aliis extra minores dandis.

* Vulg. furioſo & prodigo vel &c.

## TITVLVS X.

I. VLPIANVS *libro primo ad Sabinum.*

LEge [o] duodecim tabularum prodigo † interdicitur bonorum ſuorũ adminiſtratio. Quod moribus [p] quidem ab initio introductũ eſt: ſed ſolent hodie prætores vel præſides ſi talem hominẽ inuenerint, qui neque tẽpus neque finem expẽſarum habet, ſed bona ſua dilacerãdo & diſſipando profudit,

† Vide frag. vlpia.tit.12. Pauli ſentẽt. lib.3. ti.5. hi decoctores & nepotes dicuntur. Prodigi (inquit Cic.lib. 2.of.) qui epulis & viſcerationib⁹ & gladiatorum muneribus, ludorũ venationumq; apparatu pecunias profundunt in eas res quarum memoriam aut nullam aut breuem ſunt relicturi.

SI fundus.] CASVS. Propter debitũ poteſt vendi cum auctoritate prætoris prædium pupilli: vt dictum eſt.s̃. nõ autem propter hoc quod infructuoſum ſit. & reddit rationem.

]QVAMQVAM.] Dictum eſt. s̃.l.j. quod tutor non poteſt vendere vel obligare prædium pup. etiam cum auctoritate prętoris, niſi debitũ immineat. & hoc per orationem imperatoris Seueri. & quanuis hoc cõtineatur in dicta oratione: tamen Papinia. iuriſcon. dixit idẽ quod oratio, & tantum plus, quod ſi tutor vendiderit per errorẽ contra orationem prædictã, & cõtra dictũ ipſius Papi. & ſoluerit tutor pretiũ creditorib⁹ paternis dicti pupil. cũ ex cæteris facultatibus pupilli debitum prædictum ſolui nõ poſſet: & poſtea pupil. velit vindicare fundum ab emptore, & nõ offerat ei pretium quod ſoluit idẽ emptor tutori: & non offerat ſimiliter vſuras medij temporis quæ debentur dictis creditoribus paternis, quod emptor poſſit pupillum doli exceptione repellere. Paulus autem conditor huius.l. putat idem etiam ſi ex cęteris facultatibus debitũ prædictum ſolui poſſet, ſi tamẽ illæ res ſaluæ ſunt pupillo ex quarum pretio dictum debitum ſatisfieri potuit, ſi vendidiſſet eas tutor. non enim debet pupillus ex alieno damno lucrum habere.

* pro quandocũque. vt aliàs ſæpe.

e Saxoſus. id eſt ſaxis plenus nihil vel parum vtilitatis habẽtibus. Accurſius.

f Peſtilens. peſtiferas herbas ferens: vt.C.de ædil.edi.l.penulti.

g Mouere. & ſic apparet alienari non poſſe: vt hîc & ſupra eo.l. magis.§. ſi æs alienum. Sed cõtra in eccleſia.C. de ſacroſan. eccle. authen. item prædium. Item ſecus in tranſactione alimentorum: vt.s̃.de tranſact.l.cum hi.§.eam tranſactionem. Item arg.contra.s̃. ad Velleia.l. quamuis.§. Marcellus.

h Pro fructuum. no. æſtimari rem ſecundum reditus: vt Cod. de reſcind. vend.l. ſi quos.

i Inuenturus ſit. ſcilicet fundus, niſi hoc contigerit emptoris ſtultitia: vt infra ad legem Falcid.l.iij.quod non eſt veriſimile: vt ſupra de proba.l. cum de indebito.§.j.

k Attamen. ab hoc loco, attamen: vſque illuc, ſi tamen &c. videtur abundare.

l Ex damno alieno. nã non debet trahere occaſionẽ iuris ad iniquũ cõpendiũ: vt.C.pro emp.l.fi. & facit.s̃.eo.l. ſi pupillorum.§.penul. &.§.fin.&.C.eo.l.vtere.&.l.ſi prædium.&.j̃. titu.j.l.cõſilio.§.j.

PAulus reſpondit.] CASVS. Titius fecit teſtamentum, & inſtituit filium ſuum pupillum, & iuſsit quòd prædium Titianum venderetur. poſtea dictus Titius paſſus eſt capitis deminutionem, & ita teſtamentum ſuum eſt factum irritum. tutores dicti pupilli vendiderunt nihilominus dictum prædium iuxta præceptum Titij. certè bene fecerunt. Viuianus.

m Paulus. aliàs incipit, Paulus: aliàs, & ſi teſtamentum. Accur.

n Irritum. per capitis deminutionẽ teſtatoris: vt inſti.quib. mo. teſta. infir.§.alio.quo teſtamẽto continebatur prędiũ debere vẽdi: vt.C. quãdo decre. opus nõ eſt.l. ij. & ſupra eo.l.j.§.j. de tutore autem non curo an datus erat eodem teſtamento, vel aliàs erat legitimus vel datiuus.

DE CVRATORIbus furioſo & aliis extra minores dandis.

*Pertinent potiſſimum ſuperiores tituli omnes ad curatores qui adoleſcẽtibus dãtur. Reſtabat vt doceret etiam dari furioſo, dementi, prodigo, fatuo, muto, ſurdo, ventri, & laborãtibus morbo perpetuo & generaliter aliis omnibus qui rebus ſuis ſupereſſe non poſſunt. Sed & curatorem bonis cuſtodiendis dari ab eo relictis cui necdum quiſquã ſucceſſit, vel debitoris bonis diſtrahendis. & de quibus nihil dixerat ante, quinam eſſent curatores legitimi. Cuia.*

LEge.] CASVS. Si aliquis etiam maior. xxv. annis eſt prodigus, id eſt talis quòd neque tẽpus neq; finẽ habet expenſarũ, ſed bona ſua profundit dilapidando & diſſipãdo: lex.xij. tabu. iubet ꝙ prætores Romæ, & præſides in prouinciis dent ei curatorẽ ſicut fieri ſolet furioſo. & dictus prodigus & dictus furioſus ipſo iure deſinũt eſſe in poteſtate curatorũ cum ſanitatem vel ſanos mores receperunt. & etiam bonis interdicitur prodigis. Sed quid ſi prodigus habet filium probum: nunquid filius poterit eſſe eius curator? & certè ſic: licet quidam dicant contrarium, & non ſolùm prodigo & furioſo ſupradictis datur curator, ſed etiam aliis qui rebus ſuis ſupereſſe non poſſunt: puta mente captis, vel ſurdis, vel mutis, vel qui morbo perpetuo laborãt. Item E datur curator quãdoque bonis alicuius mortui, veluti quãdo heredes ab eo inſtituti deliberant vtrum adeant vel non. Item ſcias quòd filius datur curator matri furioſæ. Item datur curator bonis viuentis quandoque, puta cum ſenator vel eius vxor ſunt in ea cõditione vt propter debita debeant vendi bona eius. & hoc vſque ad.l.obſeruare. Viuianus.

o Lege. id eſt auctoritate legis: per iudicem tamen fit interdictio: vt.j̃.e.l.vlti.&.l. ſi furioſo.§.j. matre vel alio petente: vt.s̃.de tut.& cu.da.ab his.l.iis qui.§.fi. & ante hoc poteſt alienare: ſecus in furioſo, cui ſtatim aduenĩete furore ipſo iure eſt interdictum. Et ſecundum hoc intellige quòd ambo ſunt in curatione agnatorum: vt inſti.de cura.§. furioſi. ſed furioſus ſtatim poſt furorem, prodigus ſtatim poſt interdictionem. Sed arg. contra ſupra de tuto. & cura. da. ab iis.l.his qui.§.fi. vbi in aliquo conueniunt.

p Quod moribus. ſcilicet Lacedæmoniorum: vt inſtit.de iure natu. §.& non ineleganter. vel dic ante legem.xij. tabu.

Curatorem

curatorem ei [a] dare, exemplo furioſi. & tamdiu erunt ambo in cu ratione, quandiu vel furioſus ſanitatem, vel ille ſanos mores receperit. Quod ſi euenerit, ipſo iure deſinunt [b] eſſe in poteſtate [c] curatorum. Curatio autem eius cui bonis interdicitur, filio neganda permittenda: ſed exſtat diui Pij reſcriptum, filio potius curationem permittẽdam in patre furioſo, ſi tam probus [d] ſit.

II. Pavlvs *libro primo de Officio Proconſulis.*

Sed & aliis [e] dabit proconſul curatores, qui rebus ſuis ſupereſſe non poſſunt: vel dari iubebit. Nec dubitabit [f] filiũ quoque patri curatorem dari.

III. Vlpianvs *libro trigenſimo primo ad Sabinum.*

Dum deliberãt [g] heredes inſtituti adire, bonis à prætore curator datur.

IIII. Idem *libro trigenſimooctauo ad Sabinum.*

Furioſæ matris curatio ad filiũ pertinet. Pietas† enim parentibus, etſi inæqualis [h] eſt eorum poteſtas, æqua [i] debebitur.

V. Gaivs *libro nono ad Edictum Prouinciale.*

Curator ex ſenatuſconſulto conſtituitur, cum clara perſona, veluti ſenatoris, vel vxoris eius, in ea cauſa ſit, vt eius bona venire debeant. [k] Nam vt honeſtius ex bonis eius, quantùm poteſt, creditoribus ſolueretur, curator cõſtituitur diſtrahẽdorum bonorum gratia, vel à prætore * vel in prouinciis à præſide.

Fictus furor non eſt ſufficiens vt alicui curator detur. hoc dicit.

VI. Vlpianvs *libro primo de omnibus Tribunalibus.*

Obſeruare prætorem oportebit, ne cui temere citra cauſæ cognitionem * pleniſsimum [l]
B curatorem det: quoniã plerique vel furorem vel dementiam fingunt, quo magis curatore accepto onera ciuilia detrectent. [m]

VII. Ivlianvs *libro vicenſimo primo Digeſtorum.*

Conſilio & opera curatoris tueri debet non ſolùm patrimonium, ſed & corpus ac ſalus [n] furioſi.

Heredes dementis poſſunt vindicare prædium alienatum à curatore eius qui ſatis non dederat rem demẽtis ſaluam fore: niſi cu-
C rator de pretio prædij venditi ſatisfecerit creditoribus dementis, quia tũc heredes repelluntur doli exceptione. hoc dicit.

Curator dementi datus, decreto interpoſito vti ſatisdaret, non cauit: & tamen quaſdam res de bonis eius legitimo modo [o] alienauit. Si heredes demẽtis eaſdem res vindicent quas curator alienauit, & exceptio opponetur, *ſi non curator* [p] *vendiderit*: replicatio dari debet, *aut ſi* * *ſatiſdatione* [q] *in-*
D *terpoſita ſecundum decretum vendiderit.* Quòd ſi pretio accepto curator creditores furioſi dimiſit: triplicatio [r] * doli tutos poſſeſſores præſtabit.

a *Curatorem ei.* ſi nõ habet à lege: vt inſtit. de cura. §. furioſi. & §. ſed ſolent. Item ſi eſt maior. xxv. ann. aliàs dabitur ei vt minori: vt ſupra de tute. l. qui habent.
b *Deſinunt.* C. eo. l. cum aliis. contra. vbi non finitur ſi ſperetur redire furor. Sol. ibi habebat interualla: hîc continuus vel ſol. vt ibi.
c *In poteſtate.* id eſt, cura. ſic accipitur. ſ. de tute. l. j.
d *Probus ſit.* ſic. j. l. proxi. & l. furioſæ. &. ſ. de tuto. & cura. da. ab iis. l. iis qui. Accurſius.
e *Sed & aliis.* puta mẽte captis, ſurdis, & mutis, & q. morbo perpetuo laborant: vt inſtit. de cura. §. ſed & mente captis. & ſ. de poſtu. l. j. §. fina. & ll. ſequentibus.
f *Nec dubitabit.* vt. ſ. l. j. in fi. Accurſius.
g *Dum deliberãt.* facit. inf. de cura. bonis dan. l. j. & de priui. cre. l. cum idẽ. & infra quib. ex cau. in poſſeſ. ea. l. ſi diu.
*Furioſæ matris curatio.*
h *Inæqualis.* quia pater habet in poteſtate, mater non: vt inſti. de adop. §. fœminæ. Azo. Vel dic quòd parentes habẽt filios in poteſtate, ſed filij non habent parentes. prima placet.
i *Æqua.* filiis erga parentes: & econtra. ſic ſupra de inoffi. teſta. l. nã & ſi.
k *Curator ex ſena. Debeant.* etiã eis preſentibus: quod in aliis perſonis non eſt ita ſecũdum Hug. ſic & aliàs habẽt priuilegium: vt Cod. de tu. & cu. illuſt. per. l. j.
*Obſeruare.*] Casvs. Multi ſunt maiores. xxv. an. qui fingunt ſe eſſe dementes vel furioſos ad hoc vt accipiant curatorem, & ſic non ſubeant onera ciuilia perſonalia: & ideo prætores debent prouidere vtrum ille qui dicit ſe furioſum vel dementem, dicat verum, an non. & primo caſu dare ei plenum curatorem, ſecundo autem non.
l *Pleniſsimum.* id eſt adminiſtrationem pleniſsimam habentem. & ex hoc videtur quòd quando ad ſpeciem vel ad litem vnam datur, non detur cauſa cognita: nec cum ſatiſdatione. Hug. quod falſum eſt: vt. j. rem pupil. ſal. fo. l. ſi ad ſpeciem. Accurſius.
m *Detrectent.* facit ſupra de his qui no. in fa. l. ij. §. eſt & quartum genus. & facit infra eo. l. bonorum.
*Conſilio.*] Casvs. Curator furioſi debet cuſtodire patrimonium furioſi & perſonam. [Cvrator.] Prętor dedit curatorem dementi, & decreuit vt curator ſatiſdaret rem dementis ſaluam fore: & curator non ſatiſdedit, & tamen prædium dementis alienauit iuſto pretio, & dementis vtilitate exigente, & cum decreto, ſicque legitimè alienauit. poſtea deceſſit dictus demens. heredes eius volunt vindicare dictũ fundum ab emptore. emptor opponit eis talem excep. rectè vindicaretis fundum ſi non curator dementis mihi vendidiſſet: ſed quia vendidit, ideo malè agitis. certè heredes dementis poſſunt replicare aduerſus emptorem hoc modo, Rectè opponeres tu emptor dictam excep. contra nos heredes, ſi curator vendidiſſet tibi dictũ prædium preſtita ab eo curatore ſecundum prædictum decretum prætoris ſatiſda. rem demẽtis ſal. fo. ſed quia non ſatiſdedit, & ſic ius alienandi non habuit, ideo malè excipis tu emptor. in vno tamen caſu habet dictus emptor triplicationem doli contra replicationem prædictam heredum: & ſic erit tutus: vel ſi dictus curator pretium dicti fundi ſoluit creditoribus dementis. [Cvm dementis.] Prætor vel proconſul dedit curatorem dementi: & decreuit quòd ſatiſdaret rem dementis ſaluam fore. & curator non ſatiſdedit, & incepit res dementis adminiſtrare, & malè. vnde prætor remouit eum & ſubſtituit alium curatorẽ loco eius: qui ſubſtitutus non ſatiſdedit ſimiliter, & egit ſecundus curator contra primum act. neg. geſto. vt redderet rationẽ eorum quæ adminiſtrauit & fecit eũ condemnari in xx. & illa. xx. ab eo exegit. poſtea demens deceſſit, & habuit duos heredes. dicti heredes volunt iterum cõuenire primum curatorem vt rationem reddat. primus curator opponit eis except. rei iudi. inter ſe & ſecũdum curatorem prædictũ. certè dicitur hîc quòd heredes poſſunt hoc modo replicare aduerſus eũ: rectè exciperes tu primus curator aduerſus nos heredes dementis, ſi ſecũdus curator qui egit contra te, ſatiſdediſſet rem dementis ſaluã fore: ſed non ſatiſdedit, & ſic non habuit ius agẽdi contra te. ideo malè excipis. in vno tamẽ caſu poteſt dictus primus curator triplicare de dolo contra replicationem dictorum heredũ: veluti ſi curator ſecundus vertit in rẽ dementis pecuniam, id eſt. xx. quæ ex cõdemnatione fuit cõſecutus à primo curatore. [Qvæsitvm est.] Furioſus habebat duos curatores: debitor furioſi ſoluit vni ex dictis curatoribus, vel vnus ex dictis curatoribus alienauit prædium furioſi. quæritur nunquid liberetur dictus debitor, & nũquid alienatio facta ab vno legitimè valeat? Et dicitur quòd ſic: & ille qui accepit fundum, vſucapiet eum. & ratio eſt in omnibus ſupradictis: quia ſolutio & venditionis contractus, & traditio quæ ſequitur venditionem, de quibus dictum eſt, magis eſt facti, id eſt, adminiſtrationis curæ in hoc caſu, quàm iuris, ſcilicet cuius auctoritate ſoluatur cura. in quo iure debent omnes conſentire curatores: & ideo in noſtris caſibus ſufficit perſona vnius ex curatoribus.
E nam intelligitur alter conſentire, ſi non contradicat. ſi autem contradicat, non valet quod agitur per alium. Viuianus.
n *Salus.* ſic ſupra de admini. tut. vel cura. l. cum plures. §. pen. & no. quòd hîc incipit tractare de officio curatoris.
o *Legitimo modo.* id eſt, iuſto pretio, & dementis vtilitate exigente, & decreto etiam interpoſito, cum alienatio idipſum exigeret: quia ſterilis erat. Accurſius.
p *Si non curator.* verba ſunt exceptionis, id eſt, rectè ageres, ſi non cu. &c.
q *Si non ſatiſdatione.* verba replicationis, id eſt, rectè exciperes, ſi non ſatiſdatio. &c. & ad hoc. C. de tuto. & cura. qui ſatis non de. l. fina. & ſupra de eo qui pro tuto. l. ij. & ſupra titu. j. l. qui neque. in princip.
r *Triplicatio.* id eſt, duplicatio: vt inſti. de repli. & facit ſupra tit. j. l. ſi pupillorum. §. fina. & l. ſi fundus. §. quanquam. & infra proxi. §. & C. de præ. mino. l. vtere. & C. de vſucap. pro empto. l. fina.

† Pietatis liberorũ erga parentes exempla aliquot memorabilia habes apud Val. Max. li. 5. ca. 4.

* vulgo additur, in vrbe.

* Sunt qui emendent, pleniſſimã, cõtra fidem librorum, quibus non adſtipulor.

* aut ſi non.

* Rectè ſic Florent.

a *Cum eodem.* ſcilicet remoto qui in parte fuit condẽnatus, in parte abſolutus: vt apparet ex ſequentibus.

b *Si non is.* id eſt, rectè exciperes, ſi non is, &c. & facit. C. in quibus cauſis in integ. reſti. l. pe. & . ſ. proxi. §. Accurſius.

c *Replicatio.* id eſt, duplicatio.

d *Curatori.* ſ. remoto.

e *Fuerat.* ſcilicet à remoto. Accurſius.

f *Rectè ſolui.* & rectè vnus alienare poterit. nã idem intellige in alia quæſtione reſponſum, cum ſimul quæſitũ fuerit. ſic. ſ. de diuer. reſcri. l. j. & ad exhibẽ. l. ſi res. & facit ad. §. ſ. de admini. tut. l. decreto. §. fi. & C. de aucto. prꝺſtan. l. fi. & ſi vnus ex pluribus tu. l. j. & . ij. & . j. proxi. §. & ſ. de exerci. l. j. §. ſi plures. & . j. de ſol. l. quòd ſi forte. §. penul.

g *Furioſi.* vt putabatur: alioquin non procederet vſucapio, cũ nec alienari poſſit. Accurſi.

h *Facti.* id eſt, adminiſtrationis: vt. j. e. l. fin. & magis, ponitur electiuè. Azo & H. quia ergo eſt de adminiſtratione, ergo quilibet poteſt facere inſolidũ: vt & . ſ. proxi. §. cum ſuis cõcor. nõ autem iuris ſcilicet talis cuius auctoritate ſoluatur cura: vt arrogatione furioſi: vbi omnes debent cõſentire: vt. C. de aucto. præſtan. l. fi. Item ei quod dicit, venditio eſt facti, non iuris: eſt contra inſtitu. de rebus cor. §. j. Sed ibi dicit de obligatione, non de cõtractu. Item contra ſupra de iuſti. & iur. l. ex hoc. Sed ibi dicit quòd ex iure gen. eſt: non autem dicit quòd ſit ius. Item facit infra de cõdit. & demõ. l. in facto.

* ſi non is.

Contra exceptionem rei iudicatæ curatoris primò remoti datur heredibus furioſi replicatio propter ſecũdum curatorem qui condemnari fecit primùm: & cõtra ſecũdum datur replicatio ipſi primo: quia conuerſa fuit pecunia in vtilitatem dementis. hoc dicit.

B Cum demẽtis curatorem, quia ſatis non dederat, & res malè adminiſtrarat, procõſul remouerit à bonis, aliúmque loco eius ſubſtituerit curatorem, & hic poſterior, cum nec ipſe ſatiſdediſſet, egerit cum remoto negotiorũ geſtorũ, poſteáque heredes dementis cum eodem [a] negotiorũ geſtorum agãt, & is exceptione rei iudicatæ inter ſe & curatorem vtatur: heredibus replicatio dãda erit, *aut ſi* * *is* [b] *qui egit, ſatiſdederat.* Sed an replicatio [c] curatori [d] profutura eſſet, iudex æſtimabit. C Nam ſi curator ſequens pecuniã quam ex condemnatione conſecutus fuerat, [e] in rem furioſi vertiſſet, doli triplicatio obſtabit. Quæſitum eſt, an alteri ex curatoribus furioſi rectè ſoluetur, vel an vnus rem furioſi alienare poſſit. Reſpondi rectè ſolui. [f] Eum quoque qui ab altero ex curatoribus fundum furioſi [g] legitimè mercaretur, vſucapturũ: quia ſolutio, vẽditio, traditio, facti [h] magis quàm iuris ſunt: ideóque ſufficit vnius ex curatoribus perſona, D quia intellegitur alter cõſentire. Denique ſi præſens ſit, & vetet ſolui, vetet venire, vel tradi: neq; debitor liberabitur, neque emptor vſucapiet.

VIII. VLPIANVS *libro ſexto de Officio Proconſulis.*

BOnorum.] CASVS. Titius decedẽs reliquit vxorem prægnãtẽ: vnde vẽter fuit miſſus in poſſeſſionem bonorũ defuncti: & fuit dat⁹ à prætore curator bonis nomine dicti vẽtris, & ſine inquiſitione. certè debet ſatiſdare rem vel bona ſal. for. ſi autem eſſet datus ex inquiſitione, non deberet ſatiſdare. Viuian.

i *Bonorum ventris.* id eſt, nomine bonorum eius qui eſt in ventre. poſſet etiam dari idem curator ventri & bonis, vel alteri tantùm: vt. j. de ventre in poſ. mit. l. j. §. quoties. Accurſius.

k *Ceſſat.* ſic. C. de tut. vel cu. qui ſatis non de. l. iij. & . iiij. & inſti. de ſatiſda. tu. §. ij. Item non ſatiſdat curator furioſi ſi pater in teſtamento dedit: licèt iudex confirmet. Item & ſi det iudex, & habet ſubſtantiam ſufficientem: vt. C. de epiſc. audi. l. de creationibus. & . C. eod. l. fin. §. ſed cum antiquitas. & . §. ſi autem. & facit inſti. de cura. §. ſed ſolent. & . ſ. de admi. tu. l. inter bonorum. & . ſupra eod. l. obſeruare.

CVius bonis. CASVS. Titius cum multos creditores haberet, foro ceſſit. vnde creditores communi concordia poſſunt bona eius vendere, & pretium inter ſe diuidere. & ſi nolunt ipſi vendere, ſed vnum curatorem conſtituere, qui vendat, & pretium inter eos diuidat: poſſunt hoc facere. modò pone quòd creditores elegerunt cõſtituere curatorem vel curatores. poſtea volunt pœnitere & ipſimet vendere: nũquid poſſunt hoc facere? certè non. Modò pone quòd curator ab eis electus deceſſit. nunquid tunc poterunt & ipſi vendere? A Certè non: imò alius curator conſtituetur. nec etiam heres curatoris mortui debet onerari vt vendat dicta bona, cum accidere poſſit quòd heres non ſit habilis dicto negotio propter cauſas quæ nominantur in litera: & cum poſſit eſſe quòd curator mortuus habeat plures heredes: & cum poſſit eſſe quòd nõ expediat per omnes heredes adminiſtrari: (ſæpe enim ſegnius expediunt commiſſa negotia plures) & tũc quare vnus heredũ potius ſit onerãdus adminiſtrare quàm alij? certè non video quare vnus potius quàm alter. bene ergo dictum eſt quòd heres curatoris bonorũ mortui non eſt onerandus, imò alius curator eligendus. Viuianus.

BOnorum ventris [i] nomine curatorẽ † dari oportet: eumque rem ſaluam fore viri boni arbitratu ſatiſdare procõſul iubet. Sed hoc, ſi nõ ex inquiſitione detur. nam ſi ex inquiſitiõe ceſſat [k] ſatiſdatio.

† Qui habeat curam prꝺſtãdi neceſſaria mulieri prægnanti. Bar. in. l. 1. §. mulier. ſ. de vẽtre in poſ. mit.

IX. NERATIVS *libro primo Membranarum.*

B CVius bonis [l] diſtrahẽdis curatores facere ſenatus permiſit, [m] eius bona creditoribus vendere non permiſit, quamuis creditores poſt id beneficium [n] bona vendere [o] mallent. [p] Sicut enim integra re [q] poteſtas ipſorum [r] eſt vtrum velint [ſ] eligendi: ita cum alterum elegerint, altero abſtinere debent. Multóque magis id ſeruari æquum eſt ſi etiã factus eſt curator, per quem bona diſtraherentur, quamuis non- C dum explicato eo negotio deceſſerit. Nam & tũc ex integro alius curator faciendus [t] eſt, neq; heres prioris curatoris onerandus: cum accidere poſſit vt negotio [u] vel propter ſexus vel propter ætatis infirmitatem vel propter dignitatem maiorem [x] minorémve quàm in priore curatore ſpectata erat, habilis nõ ſit: poſſint [y] etiam plures heredes ei exiſtere, neque aut per omnes [z] id negotium adminiſtrari expediat, aut [a] D quicquam dici poſſit, [b] cur vnus aliquis ex his [c] potiſſimùm onerandus ſit.

X. VLPIANVS *libro ſexto decimo ad Edictum,*

IVlianus ſcribit eos quibus per prætorem bonis interdictum eſt, nihil transferre poſſe

l *Cuius bonis.* ſenatuſconſul. introduxit dari curatorem bonis vendẽdis, vt hîc, & infra de cura. bo. dan. l. imperator. debent ergo creditores hoc petere: vt infra de cura. bo. dan. l. ij. & habẽt electionem vt vel ipſi vendant, vel curatorem petant conſtitui: vt hîc, & j. de cura. bo. dan. l. j. Azo. Accurſius.

m *Non permiſit.* i. conſtitutus eſt à iudice creditoribus petentibus.

n *Beneficium.* quod eſt vt curatores eis creditoribus vendant.

o *Vendere.* hoc non eſt permiſſum curatorib⁹ vendere creditoribus.

p *Mallent.* creditores. Accurſius.

q *Integra re.* ſic. C. de act. & oblig. l. ſicut. & . j. de lega. ij. l. ſtatuliberum. §. fi. Et dic re integra, id eſt, antequam curator conſtituatur.

r *Ipſorum.* ſ. creditorũ.

ſ *Velint.* vel curatorem petere, vel ipſi bona vẽdere.

t *Faciendus.* nõ autem ipſi creditores vendũt. nam videtur ille idem permãſiſſe quo ad hoc vt creditores non vendant. conſtituatur ergo alter curator.

u *Negotio.* accipe, habilis non ſit, quod eſt. j.

x *Maiorem.* quam maiorem dignitatem hic heres habet, quam nõ E habebat defunctus: vel ſi habebat defunctus maiorẽ, & ſic iſte heres minorem habebat: tamen hic heres plura negotia expedire habet quàm defunctus.

y *Poſſint.* repete, tamen per omnes. ſic ſupra de admi. tut. l. iij. §. antepe. Accurſius.

z *Per omnes.* heredes.

a *Aut.* repete, nec.

b *Poſſit.* ſcilicet allegari.

c *Ex his.* heredibus quia magis idoneus.

IVlianus.] CASVS. Cuidam prodigo interdixit prætor bonis: vt dicitur ſupra. l. j. nunquid poteſt aliquid alienare de dictis bonis dictus prodigus? & dicitur quòd non. Secundò dicit quòd curator furioſi ſic bene poteſt rem ſuam alienare, ſi eam alienet dicẽs eam eſſe furioſi. ſed rem furioſi tanquam ſuam alienare non poteſt. ll. ſequen. ſunt planæ vſque ad. l. & mulieri. Viuianus.

*Nihil*

a Non habent. quantùm adhanc cauſam.
b Deminutio. bonorum, & adminiſtratio.
c Dominium transferre. cum ſuam ſciret. ſic ergo loquitur hîc cum non errauit:& ſic nō obſtat infra de acquirē. rerum domi.l.ſi procurator. ſed ideo vendebat quaſi nomine furioſi, vt ob hoc citius prouocaret ementem, quaſi melius forū eſſet ei facturus.& plenè no. ſupra de offi.pcu. Cæſ. l.j.§.j. Accurſius.

ad aliquem: quia in bonis nō habeant, [a] cum *eis deminutio [b] ſit interdicta. Curator furioſi rem quidem ſuam quaſi furioſi tradere poterit, & dominium trāsferre: [c] rem verò furioſi ſi quaſi ſuā tradat, dicendum vt non transferat dominium: quia nō furioſi negotium gerens tradiderit.

* nihil habeant.

XI. PAVLVS *libro ſeptimo ad Plautium.*

PIgnus à curatore furioſi datū valet, [d] ſi vtilitate furioſi exigente id fecit.

XII. MARCELLVS *libro primo Digeſtorum.*

AB adgnato [e] vel alio curatore furioſi rem furioſi dedicari [f] non poſſe cōſtat. Adgnato enim furioſi non vſquequaque [g] competit rerum eius alienatio, ſed quatenus negotiorum exigit adminiſtratio.

XIII. GAIVS *libro tertio ad Edictum prouinciale.*

SÆpe ad aliū [h] è lege † duodecim tabularū curatio furioſi aut prodigi pertinet, alij prætor adminiſtrationem dat: ſcilicet cum ille legitimus inhabilis ad eam rem videatur.

XIIII. PAPINIANVS *libro quinto Reſponſorum.*

VIrum [i] vxori mente captæ curatorē dari non oportet.

XV. PAVLVS *libro tertio Sententiarum.*

ET mulieri [k] quæ luxurioſè viuit, bonis interdici poteſt. In bonis curatoris priuilegium [l] furioſo furioſæve ſeruatur. Prodi-

d PIgnus. Valet. ſi tamē interuenit decretum: vt. C.e.l.ij. aut nō fuit immobile. Azo. & ideo dicit pignus, nō hypothecam: vt infrade verbo. ſignifi.l. plebs.§. pignus.
e AB adgnato. curatore.
f Dedicari. id eſt conſecrari: vt inſtit. de rerum diui.§. ſacræ. & facit. j. eo.l.fi. Accur.
g Vſquequaq;. i.ſemper.
h SÆpe ad alium. puta adgnatū. & facit. ſ. de legi. tut.l.j.§.interdū. &.l.pe.Accur.
i VIrum. ſimile habes.C.qui tu.da. poſ.l.ij.& inſtit.de excuſa. tuto.§. pen. & dic vt ibi not.

ET mulieri.] CASVS. Dicit hæc.l. quod non ſolùm mulieri mēte captæ, ſed & ei quæ luxurioſè viuit, debet interdici bonis per prætorē. Secundò dicit quòd furioſus& furioſa & prodigus &omnes alij quibus dātur curatores, habēt priuilegiū in bonis curatorum. Viuianus.

† Huius legis verba li. 1. Rhetor. ad Heren. referuntur: Si furioſus exiſtet, adgnatorū gentiliúmq; in eo pecuniaque eius poteſtas eſto.

k Et mulieri. Not. interdici bonis meretrici, [a] quia prodiga eſt ſuæ pſonæ: per quod præſumitur & rerū. Vel dic luxurioſè, prodigali luxuria: vt infra de dam. infec.l.ex dāni.circa principium.

a] Adde quod hoc caſu ei aufertur libera teſtādi facultas: vt.l. is cui bonis. j. de verbo. obli. & melius in. l. is cui lege. j. qui teſt. fa. poſ. & inſt. quibus non eſt permiſ. face. teſt.§. item prodigus.& hæc eſt opti. cauſa vt meretrix nō poſſit teſtari, quam ponit Bal. in c. cū decorē. extra de vita & hone.cle. refert& ſequitur do. Iaſon May. in. l.4. §. ſed quod meretrici. j. de cōdic. ob turpem. cau.

l Priuilegium. perſonale, vt præferatur cæteris creditoribus perſonale habentibus: vt infra de priuileg.cre.l.iiij.§.fina. cum ſequentib.
m Et omnes omnino. quibus ſolent dari curatores, exceptis paucis: vt dicta.l.iiij.§.fi.cum ſeq.&.l.idem priuilegium.§.j.
n Edicto. quod non habemus: quod fortè de furioſo & prodigo tantùm dicebat.
o Decreto. ſcilicet dati. Accurſius.

SI furioſo.] CASVS. Filium meum furioſum vel prodigum maiorem etiam.xxv.ann.mihi heredem inſtitui,& ei dedi curatorem Titium in teſtamento. quæ datio non valet. nunquid prætor debet confirmare dictum curatorem? & dicitur quòd ſic:& debet omnimodo ſequi voluntatem meam teſtatoris eiuſdémq; patris. &.h.d.vſque ad verſi. ſed vtrū. & in fi.l.ibi, ſed per omnia &c. In dicto autem verſi. ſed vtrū. facit tales quæſtiones quæ poſſunt ab aliquo fieri: quamuis in fine ſoluat, vt dixi: nunquid omnimodo debet prętor voluntatem patris ſequi in confirmando dicto curatore? an verò ita demū debet ſequi, ſi futurū eſſet vt prætor dicto furioſo bonis interdicturus eſſet, niſi pater aliquid in teſtamento cauiſſet de curatore? & maximè hîc quæro, ſi filios habeat dictus prodigus vel furioſus. & certè videtur in hoc caſu quando habet filios prodigus vel furioſus in aui poſitos poteſtate, non debere prætorem omnimodo ſequi voluntatē patris furioſi vel prodigi. quia poterit dictus pater aliter ſuis nepotibus prouidere, puta ſi nepotes heredes inſtituiſſet, & filium furioſum vel prodigum ex-



A heredaſſet, & ei furioſo vel prodigo legaſſet tantū quod ſufficeret ei alimentorum nomine, dicendo in teſtamēto pater, ideo exheredo filium meū prodigum vel furioſum,& inſtituo ex eo nepotes, quia timeo ne dilapidet bona: & hæc neceſſitas inducit me ad exheredandum eum. quo caſu non acquirent patri eorum furioſo, cum in eius non ſint poteſtate, imò aui. ſed & ſi eſſent in poteſtate patris eorum furioſi, ſicq; ei acquirerent relicta ſibi ab auo, adhuc poteſt conſiliū adhibere auus: vt relicta à ſe nepotibus non acquirantur patri eorum furioſo: veluti ſi eos inſtituat ſub conditione vt emāciparentur à patre. ſi ergo talibus modis poteſt prouidere auus nepotibus, non videtur quòd ſemper prætor debeat ſequi voluntatē patris illius qui eſt furioſus vel prodigus. ſed ad vnū de iſtis conſiliis poſſet allegari contrarium hoc, ſcilicet quid ſit ſi pater nepotū furioſus nollet eos emācipare? certè nō ſequeretur illud quod dictū eſt. per omnia igitur melius eſt ſequi voluntatē patris. Viuianus.

gus, & omnes omnino, [m] etiam ſi in edicto [n] non ſit eorum mentio, in bonis curatoris decreto [o] priuilegium conſequuntur.

XVI. TRYPHONINVS *libro tertiodecimo Diſputationum.*

SI furioſo puberi, quanquam maiori annorū [p] vigintiquinque curatorem pater teſtamēto
B dederit: eum prætor dare debet ſecutus patris voluntatē. Manet enim ea datio curationis apud prætorem, vt reſcripto diui Marci cōtinetur. [q] His [r] conſequens eſt, vt & ſi prodigo curatorē dederit pater, voluntatē eius ſequi debeat prætor, eumq; dare curatorem. Sed vtrū omnimodo, [ſ] an ita, ſi futurū eſſet vt niſi pater aliquid teſtamento cauiſſet, prætor ei bonis interdicturus eſſet: & maximè [t] ſi filios habeat iſte
C prodigus? potuit tamen pater [u] & aliàs prouidere nepotib⁹ ſuis, ſi eos iuſſiſſet heredes eſſe, & exheredaſſet filiū: eiq; quod ſufficeret, alimentorum nomine ab eis certū [x] legaſſet, addita cauſa neceſſitatéque iudicij ſui: [y] aut ſi non habuit in poteſtate nepotes, quoniam emancipato iam filio nati fuiſſent, [z] ſub cōditione eos heredes inſtituere, vt emanciparentur à patre prodigo. Sed quid ſi nec ad hoc [a] cōſenſurus [b] eſſet
D prodigus? ſed per omnia [c] iudicium teſtatoris ſequēdum eſt: ne quem pater vero conſilio prodigum credidit, eum magiſtratus propter aliquod * fortè ſuum vitium [d] * idoneum putauerit.

* Flo. aliquid.
* iudicium.

p Annorum vigintiquinque. Not. puberem dici tam adultū quam maiorem.
q Continetur. ſic infra.l. proxi. & ſupra de confir.tut.l.ſi filio. &.C.e.l. fi.§. ſed cum antiquitas. & de epiſco.audien.l.de creationibus.
r His. ſupra proxi. Accurſius.
ſ Omnimodo. pretor cōfirmet curatorem à patre datum, ſiue ille verè ſit prodigus, ſiue etiam non ſit, ſed pater eum voluit habere curatorē tāquam prodigum. hęc quæſtio ſoluitur infra ea.l. ibi, ſed per omnia &c. vbi dicitur quòd ſemper eius patris voluntas eſt ſequenda. Vel hoc ideo, ne quem pater prodigum putauit, magiſtratus propter ſuum vitium pretio fortè corruptus eum idoneum eſſe dicat. potuit etiam pater alio modo ſuo filio prouidere nepotes ex illo prodigo natos inſtituendo, filio prodigo alimenta conſtituendo: & hoc ſi ſint in poteſtate: aliàs nepotes ſub conditione emancipationis inſtituendo.
t Maximè. maximè tunc videtur quòd prætor ſe non interponat ſcilicet quādo habet nepotes ex filio, niſi aliàs erat ſe interpoſitu-
E rus, etiam ſi nihil pater dixiſſet. & hoc ea ratione, quia etiam pater parum videtur curaſſe, licèt dederit curatorem, cum poterat plenè pater prouidere per hos modos qui hîc ſequuntur, & non fecit.
u Pater. i.auus: vt infra de verbo.ſignifi.l. iuſta. in fi.
x Certum. quid ſub. Accurſius.
y Iudicij ſui. id eſt ſuæ voluntatis.
z Fuiſſent. & ita ſunt in poteſtate ſui patris: vt inſtit.quib.mod.ius patriæ pote. ſol.§.fi. Sed pater ideo eos ſub conditione emancipauit, ne ſuo patri quærant quem auus prodigum reputauit.
a Ad hoc. id eſt ad emancipationem. aliàs, adhuc.
b Conſenſurus. nec etiam cogi poterat: vt inſti.dicto tit.in fi.
c Sed per omnia. nunc ſoluit.
d Vitium. quia pretio corruptus: vt.ſ. dixi ſcilicet magiſtratus. & ſic eſt.C.de ſpō.l.iij. Item no.de paterni teſtimonij auctoritate. ſic inſti. de excuſa.tut.§.j. Accurſius.

CVrator.] CASVS. Nunquid curator furioſi poteſt dare liber-



UNED

tatem ſeruo furioſi ? & certè non : quia dare libertatem non eſt ex adminiſtratione : ſicut ſi donaret aliquam rem furioſi, niſi manumiſſio vel donatio prędicta fieret cũ magna vtilitate furioſi, & etiã cum auctoritate & cognitione iudicis. ſi autẽ vẽdat curator aliquã rẽ furioſi, quia egerit negotia furioſi denariis: valet quod agit. Viu.

XVII. GAIVS *libro primo de Manumiſsionibus.*

CVrator furioſi nullo modo libertatem præſtare[a] poteſt: quòd[b] ea res ex adminiſtratione non eſt. Nam in tradendo ita res furioſi alienat, ſi id ad adminiſtrationem negotiorũ pertineat. Et ideo ſi donandi cauſa alienet: neque traditio quicquam valebit, niſi ex magna vtilitate[c] furioſi hoc* cognitione iudicis faciat.

* hoc cũ cognitione iudicis fiat.

*Finit quarta pars Digeſtorum ſeu Pandectarum, quæ libros octo ſingulares continet.*

SEQVITVR QVINTA pars de Teſtamentis.

# Digeſtorum

## ſeu Pandectarum Liber viceſimus octauus.

## QVI † TESTAMENTA facere poſſunt, & quemadmodum teſtamenta fiant.

## TITVLVS I.

I. MODESTINVS *libro ſecundo Pandectarum.*

TEſtamẽtum eſt voluntatis noſtræ iuſta ſententia[d] de eo quod quis[e] poſt mortem[f] ſuam fieri velit.[g]

Tempore teſtamenti requiritur ſanitas mẽtis, nec requiritur ſanitas co rporis. Barto.

II. LABEO *libro primo poſteriorum à Iauoleno Epitomatorum.*

IN eo[h] qui teſtatur, eius temporis quo teſtamentum facit, integritas mentis, non corporis ſanitas exigenda eſt.

III. PAPINIANVS *libro quartodecimo Quæſtionum.*

TEſtamenti[i] factio non priuati, ſed publici iuris eſt: [ideoque[k] forma eius priuatorũ pactis non læditur.]

Primò quærendum eſt de perſona teſtantis quàm de ſolennitate teſtamenti. Bartol.

IIII. GAIVS *libro ſecundo Inſtitutionum.*

SI quæramus an valeat teſtamentũ, in primis animaduertere debemus, an is qui fecerit te

---

a *Præſtare.* q̃a ea res &c. vt. j̃. de manu. l. ſeru⁹ fugitiu. &. C. q ma. nõ poſſ. l. pe. &. s̃. e. l. ab agnato.

b *Quòd.* id eſt quia.

c *Vtilitate.* vt matri & ſimilibus: vt. s̃. de tut. & rati. diſtra. l. j. §. ſed nonnullos. & de admi. tu. l. cũ plures. §. cũ curator. &. l. tutor ſecundũ. §. fi. & l. tutor ad vtilitatem.

QVI TESTAMENTA facere poſsũt, & quẽadmodũ teſtamẽta fiãt.

*Quia tutores de quibus prædixit, dantur in teſtamẽtis: de his ſupponit. & hæc eſt quĩta pars Digeſtorũ:[a] vt C. de veter. iu. enucle. l. 2. §. Quintus. & præmittit definitionem: vt. j̃. eod. l. 1. ne illotis (vt ita dixerim) manibus protinus materiam interpretationis tractaret &c. vt. s̃. de orig. iur. l. 1. Accur. Didicimus iam initio libri xxvj. à cõtractibus auctorẽ feciſſe tranſitũ ad quaſi cõtractus, quo ex genere eſt tutelæ vel curationis geſtio, de quo ſatis abundéque dictũ eſt libro xxvj. & xxvij. Eſt & ex eodem genere aditio hereditatis vel immiſtio, vel geſtio pro herede l. 3. §. vlt. l. 4. Quibus ex cau. in poſ. eat. vel petitio bonorũ poſſeſsionis. l. pen. de ſeparat. vel etiam neceſſaria ſucceſsio ſerui inſtituti à domino. Omnis enim ſucceſsio ſiue volũtaria ſiue neceſſaria eſt quaſi cõtractus. & huius modo gratia reuoluere parat omnia teſtamentorũ, hereditatũ, & bonorum poſſeſsionũ iura, vt quaſi cõtractus aliũ quaſi contractũ adiungat. ac primũ quidẽ quia nõ eſt iuſta hereditas iuſtúm ve teſtamentũ niſi is qui fecit teſtamẽti factionẽ habuerit & niſi ſecundũ regulas iuris ciuilis teſtatus ſit, declarat qui teſtamenta facere poſſunt, & puberes nimirũ poſſe patres f. ciues Romanos ſanæ mẽtis neq; mutos neq; ſurdos, & quẽadmodũ teſtamẽta fiãt. i. quibus ſolẽnitatib. adhibitis, & ſolemnitatẽ potiſsimũ eam quæ cõſiſtit in teſtiũ numero & in ſuſcriptionib. ac ſignis & in tẽpore ac loco, quo vna cõuenire debent, & in eis rogãdis & prædicẽda cauſa ꝑpter quã adhibentur. Declarat etiã conditionẽ teſtiũ qualẽ eſſe oporteat. Teſtamẽti autẽ definitionẽ aliã habemus Modeſtini, aliã Vlpiani, vtramq; perfectã. Sed placet etiã Quintiliani. Teſtamentũ eſt volũtas defuncti cõſignata iure legibúſq; ciuitatis. placebit quoq; ſi ita definieris, Teſtamẽtũ eſt datio hereditatis. exempli gratia, Lucius heres eſto, teſtamentũ eſt. Cuiac.*

a] Hæc cõtinuatio rectior eſt ſuperiore Bal. põt & huius ordinis hæc ratio reddi. Dicturus imperator quõ ꝑ vniuerſitatem res adquirãtur imprimis aũt ꝑ hereditatẽ q̃ aut teſta. aut ab inteſtato defertur, exordiũ ſumere debuit à teſtamẽtorũ ordinatiõe, ſed neq; hęc ꝓpriè eſt cõtinuatio ſed partitio & ſequentiũ titulorũ diſpoſitio.

† Vulg. de teſtamentis, & qui teſtamẽta fa. &c.

d TEſtamentum. *Iuſta ſententia.* id eſt ſolennis iuris ſolennitate ſubnixa. nam non ſolennis non valet: vt inſti. de here. ab inteſt. in prin. Item iuſta, id eſt legitima. aliàs nõ valet: vt C. ſi quis ali. teſt. pro. l. j.[b] &. j̃. de cõdi. inſti. l. quidã. Item ſentẽtia, id eſt diſpoſitio. ſic. C. qui teſta. fa. poſ. l. hac conſultiſſima. §. at cũ humana. Et vt tollas omnes oppoſitiones, ſubaudi cũ inſtitutione heredis, tamen legitimè facta. Non ergo oportet dici (vt quidam dicunt) de eo, ſcilicet vniuerſo, vt excludãtur ſingularia relicta. nam ſiue ex vniuerſo ſiue ex re certa inſtituatur, valet vt ex vniuerſo : vt j̃. de here. inſti. l. j. §. ſi ex fundo. Item nõ ob. de codicillo vel legato vt fideicõmiſſo etiam vniuerſali vel donatione cauſa mortis : vel de eo qui bona ſua promittit alicui poſt mortẽ ſuam: vt. j̃. de lega. j. l. legatum. &. C. vt ac. ab here. & cõtra heredes. l. j. quia in his nõ eſt inſtitutio heredis : vt. C. e. nõ codicillũ. licet ſit ſentẽtia de eo quod quis velit fieri poſt mortem ſuã de bonis ſuis omnibus, vel parte, vel re aliqua. Sed quid dices de teſtamẽto in quo filius exheredatur immeritò ? Reſpõ. ſolennis eſt diſpoſitio, & eſt legitima : quia lege permittitur exheredari, imò præcipitur ſi nõ inſtituatur: vt inſtitu. de exhere. lib. in princi. & ideo oportet rumpi : quia nõ eſt ex officio pietatis: vt. C. de inoffi. teſt. l. ij. interim ergo teſtamentũ eſt.

b] Cõmunis opinio eſt teſtamentũ quod quis facere coactus eſt, mero iure valere licet Io. Imola contra ſentiat.

e *Quis.* de pluralitate ad ſingularitatem. Item de perſona prima ſcilicet noſtræ, tranſit ad tertiam, cum dicit, quis. ſic. C. de teſta. l. omnium. &. C. de in ius voc. l. fina.

f *Mortem.* naturalem, poſt quã eſt teſtamẽtum immutabile : vt. j̃. de adi. leg. l. iij. & fi. non ciuilẽ: vt. C. de capti. & poſtli. l. nec nos.

g *Velit.* directò inſtituendo heredem : aliàs largè dicitur teſtamẽtum quaſi teſtatio mentis : vt etiam codicillos comprehendat : vt inſtit. eo. in princi. & ſecundũ hoc vtilis actio ex teſtamento locum habet pro relicto in codicillis: vt no. C. cõmunia de leg. l. ij. Vel dic tertiò ſecundum Azo. quòd teſtamentum eſt quędam ſolemnis ordinatio cum inſtitutione heredis : & eſt quoddã intellectuale quod cum duobus codicibus fieri poteſt: vt infra eod. leg. vnum.

h IN *eo.* Pone exemplum inſtitu. eo. §. item furioſi. &. C. eo. l. furioſum. & facit ad hoc. j̃. de auro & argen. lega. l. ſi ita legatũ. &. C. eo. l. iij. & infra eo. l. in aduerſa. & . l. qui in poteſtate. & . l. filiusfami. & idem in cõtractibus : vt C. de tranſact. l. ſanũ. & de dona. l. ſenectus. Sed contra inſtit. de here. quali. & dif. §. in extraneis. vbi etiã tẽpus mortis & aditæ hereditatis inſpicitur, an habeat teſtamenti factionẽ. Sed illud in herede, hoc in teſtante. Accurſius.

Heres trib⁹ temporibus habilis eſſe debet.

i TEſtamenti. pone in teſtante :[c] id eſt, qui iure publico poteſt facere teſtamentum: id eſt cui lex concedit, non impetrato à priuato etiam patre vel domino : vt infra eo. qui in poteſtate. & infra de bonis lib. l. Paulus. §. patroni. Vel dic publica auctoritate eſt cõcedenda teſtamenti factio, id eſt à principe : vt infra eo. l. ſi mutus. & . l. obſides. & infra ti. iij. l. ſi quis. §. irritũ. & de mili. teſt. l. ex militari. &. C. de inof. teſt. l. ſiquando. & infra de boñ. liber. l. etiam. §. ij. nõ autem à priuato. Vel dic pacto priuati nõ poteſt quis adſtringi ad teſtandũ & inſtituendum aliquẽ : vt infra de verbo. obliga. l. ſtipulatio hoc modo. & ſupra de pact. l. ius publicum. vel quartò priuatus nõ poteſt remittere ſolennitatẽ legum : ſed princeps ſic: vt. C. eo. teſtandi. & . l. ſi non ſpeciali. ita ecõtra in inſtituto poteſt poni : vt per pactum non poſſit inſtitui nõ capax: vt infra de iure fiſci. l. non intelligitur. nam factio teſtamẽti actiuè & paſſiuè[d] ſignificat : vt inſtitu. de here. quali. & diffe. §. teſtamenti. Apparet ergo quòd pacta vel cõſenſus priuatorum non faciunt vt ille poſſit teſtari qui de iure nõ poteſt, vel inſtitui qui de iure non poteſt, vel vt non ſolẽniter teſtetur qui ſolenniter facere debet : ſicut nec econtra vt ille non teſtetur qui poteſt : vt. C. de pact. conuen. l. pactum. ſecus in contractibus qui formam mutant, & accipiunt legem ex conuentione contrahentium : vt ſupra depoſi. l. j. §. ſi conuenerit.

c] Iſtã gloſ. ſequuntur B. B. P. & Imol.

d] De teſtamẽti factiõe actiua & paſſiua vide ad longum per Bar. in. l ſi filiusfa. 1. j̃. eodem.

k *Ideoque.* quidã habẽt hoc: & quidã nõ. Acc. nuſquã reperi. Cõt.

SI *quæramus.* *Factionem.* in actiua ſignificatione.[e] nam & paſſiuam ſignificationem habet : vt infra eo. l. filiusfami. & inſtitu. de here. quali. & diff. §. teſtamẽti. & dic habuerit, id eſt ſe habere putauerit. aliàs cõtra: vt. j̃. eo. l. qui in domini. & . l. ſeq. & eſt ſic. j̃. de codi. l. quidam. §. eſſe enim debet. eſt enim peremptorium, cum non poſſit eſſe ſine hoc : ſed hoc ſine ſequentibus eſſe poteſt. ſic. C. de hered. ac. l. vt debitum. & dic quemlibet habere, niſi expreſſim prohibeatur: vt ſupra de proba. l. ab ea. Prohibentur autẽ. xiij. perſonæ iure cõmuni teſtari : ſcilicet filiusfami. vt infra. l. proxi. Item impubes : vt inſtitu. eo. l. impubes. Item furioſus : vt inſtitu. eo. §. item furioſi. & infra eo. l. filiusfa. §. Marcellus. Item prodigus: vt inſtitu. eo. §. item prodigus. Item mutus & ſurdus : vt infra eo. l. qui in poteſtate. §. j. Item cæcus : vt. C. eo. l. hac conſultiſſima. Item damnatus ad mortem: vt infra eo. l. eius. §. ſi cui. vſque in fin. Item obſides : vt. j̃. eo. l. obſides. Item de ſtatu ſuo incertus : vt. j̃. eo. l. de ſtatu. Item is cui à lege eſt interdictum : vt infra eo. is cui. Item ſeruus: vt infra eo. l. filius. Itẽ monachus : vt. C. de ſacroſanct. eccle. authen. ingreſſi. Accurſius.

c] Gloſ. magiſtra. ſecũdum. Bald.

Teſtari. 13. perſonę prohibentur.

Factionem.

UNED

a Factionem.ſ.actiuè intelligas:qa filiusfa.habet teſtamenti factionē paſſiuè:quia recipere poteſt:ſed facere teſtamentum non poteſt.
b Regulas.quæ ſunt vt.vij.teſtes & rogati & vno cōtextu debeant eſſe in teſtamēto nūcupatiuo:& palā dici nomē heredis debet : vt ff.eo.l.heredes.in princi.& in fi .&.C.eo.l.hac conſultiſſima. §. per nūcupationē.&.l.cū antiquitas.In ſcriptis autē corā ſeptē teſtibus rogatis & ſubſcribētib⁹ & ſigillantibus teſtatore vel alio pro eo ſcribēte nomen heredis: vt.C.eo.l. hac cōſultiſſima.&. l.iubemus.& authē.ibi poſita.Nō autem eſt vis ſi ſit ibi exheredatus filius immeritò. nā nihilo mi n⁹ interim valet: vt no. ſ.l.j.&.ff.de vulg.ſubſti. l.in ſubſtitutione. ADDITIO. Dic hoc verū de iure iſto : ſecus autē de iure authē. niſi iuſta cauſa exheredationis in teſtamēto fuerit expreſſa , aliàs ipſo iure eſſet nullum , ſecundū Bart. H.& Imol.in.l.j.ſ.eo.

ſtamentum,habuerit teſtamenti factionem:[a] deinde ſi habuerit, requiremus an ſecundum regulas [b] iuris ciuilis teſtatus ſit.

Puberes poſſunt facere teſtamentum : & quantū ad hoc dies cœptus habetur pro cōpleto.B.

V. VLPIANVS *libro ſexto ad Sabinum.*

QVa[*] ætate [c] teſtamentū vel maſculi vel fœminæ facere poſſunt, videamus. [Et] veri⁹ eſt in maſculis quidē quartumdecimū annū ſpectādum, in fœminis verò duodecimū cōpletum. [d] † Vtrū autē exceſſiſſe debeat quis quartūdecimū annū vt teſtamentū facere poſſit,an ſufficiat cōpleſſe? [e] propone aliquem Kalēdis Ianuariis natū teſtamētum ipſo natali [f] ſuo feciſſe quartodecimo anno : an valeat teſtamentū?Dico valere. [g] Plus arbitror, [h] etiam ſi pridie Kalendarū fecerit poſt ſextā horā noctis, [i] valere teſtamentū.Iam enim cōpleſſe videtur annum quartumdecimum, vt Marciano videtur.

Filius familias nō poteſt teſtari etiam patre permittente.Bart.

* Flo. Aqua ætate.

† Pubes intelligitur qui peruenit ad primum momētum vltimi diei anni decimiquarti.i.in propoſito exēplo, eius diei qui vocatur,dies pridie Kalend. Ianuarij. vide Ant. Auguſt.lib. 4.c. 13.

QVa ætate.] CASVS. Quæritur in qua ætate exiſtēs maſculus vel fœmina poſſit facere teſtamētum,& dicit' ꝙ maſculus habēs.xiiij. annos , & fœmina habēs.xij.Itē quæritur,nūquid eſt neceſſe ꝙ compleuerint dicta tēpora tantùm , an verò ꝙ exceſſerint ad hoc vt teſtamētū facere poſſint: & dicitur ꝙ ſufficit cōpleuiſſe.& cōpleuiſſe intelligitur quocunque modo tetigerit de die artificiali vltimo quartidecimi anni,id eſt à mane vſque ad veſperam:& quocunque modo tetigerit de die naturali vltimo.xiiij.vel.xij.anni,id eſt tranſacta ſexta hora penultimi diei Kalend. Ianua.in quibus natus eſt faciēs teſtamentum.de die artificiali prædicto habes in verſi. vtrum autem.de die naturali in verſi.plus arbitror &c.Viuianus.

c Qua ætate. aliàs qua:aliàs ex qua.Accurſius.

d Completum.vt.C.eo.l.iiij.&.C.quando prouo.non eſt ne.l. ij.& inſti.eo.§.præterea.ſic & in definitione tutelæ: vt inſtit. quib. mo. tute.fi.in princ. Sed quare citius fœmina?Reſpon.quia citius ſagacior:vt.C.de iis qui ve. æta.impe.l. ij. & quia citius eſt viripotens. ADDITIO. Vel dic ſecundum Bal.quia mala herba citò creſcit: vt not.in dicta. l.ij. Sed Hoſt. dicit quod fœmina minus viuit : & ideo citius completur:vt videmus in plantis. & iſta ratio eſt philoſophica,ſecundum Cy.

Fœmina citius ſagacior eſt viro.

e Compleſſe. id eſt extrema die perſtitiſſe. & eſt differētia inter excedere & complere.

f Natali. quartidecimi anni.ſic.ſ.de mino.l.iij.§.minorē.Sed nonne tunc cum iam intrauit.xiiij.an:Reſpond.non:quia dicas natum in fine illius diei,& teſtatum in capite.Accurſius.

g Dico valere.dies ergo cœptus habetur pro completo. ſic &.ff. de ma.l.j.&.ff.de vſucap.l.in vſucapionibus. &.ff. de verbo. ſignific.l. anniculus.Nec obſt.infra de mino.l.iij.§.minorē.vbi de momento ad momentum quæritur:vt ibi no.

Dies cœpt⁹ pro completo habetur.

h Plus arbitror.quid eſt hoc,plus?Reſpon.vt in penultima die, dūmodo poſt finitam ſextam horam noctis antepenultimi diei, ſcilicet deſinentis fieri poſſit.vltima dies eſt dies Kalend.penul.pridie: antepenultima dies,quæ præcedit pridie Kalendarum quo ad natiuitatem.nam & annus quandoque aliàs cœptus habetur pro cōpleto:vt.ff.de mune.& hon.l.ad rem.& ad Trebel.l. qui filiū.§. Sabinus . Vel dic tutius quod ſupra dixit quando fit in quauis parte vltimi diei artificialis.hîc autem in quauis parte vltimi diei naturalis.& ſecundum hoc poſt ſextam horam noctis penultimi diei deſinentis factum valet.Accurſius.

Initiū cuiuſque diei vnde ſumeretur tum apud Romanos,tū apud alios populos, pulchre explicat Macro. Sat. lib. 1. cap. 2. & Ant. Aug.li. 4 emen.ca. 13.

i Noctis. antepenultimi diei deſinētis ſecundum primum, vel penultimi diei deſinentis ſecundum nos:† ſic enim dies incipit & finitur more Romano:vt.ſ.de fer.l.more.

A QVi in poteſtate.] CASVS. Etiam ſi parens concedat filio vel nepoti quem habet in poteſtate,vt faciat teſtamentū, tamen non poſſunt teſtari . Secundò dicit ꝙ ille qui eſt ſurdus vel mutus,non poteſt facere teſtamentum.ſed ſi facto teſtamento à ſe efficiatur ſurdus vel mutus,non vitiatur.in vno tamen caſu poteſt ſurdus vel mutus teſtamentum facere, puta ſi imperator ei concedat. &.h.d.cum.l.ſeque. Vi.

VI. GAIVS *libro ſeptimodecimo ad Edictum prouinciale.*

QVi in poteſtate parētis eſt, [k] teſtamēti faciēdi ius nō habet, [l] adeo vt quamuis pater ei permittat , nihilo [m] magis tamen iure teſtari poſſit.

B Surdus & mutus non poſſunt teſtari ſine permiſſu pricipis: ſed hoc vitiū ſuperueniēs poſtea, teſtamentum non rumpit.Bart.

Surdus, [n] mutus,teſtamētū facere non poſſunt: ſed ſi quis poſt teſtamentū factū valetudine,aut quolibet alio caſu mutus [o] aut ſurdus eſſe cœperit:ratum nihilo minus permanet teſtamentum.

VII. ÆMILIVS MACER *libro primo ad legē vicenſimā[*] hereditatiū.*

†SI mutus aut [p] ſurdus vt liceret ſibi teſtamentum facere, à principe impetrauerit: valet [q] teſtamentum.

C Teſtamentum factum quando quis erat ſeruus hoſtium, nō valet.Bartolus.

VIII. GAIVS *libro ſeptimodecimo ad Edictum prouinciale.*

EIus qui apud hoſtes [r] eſt, teſtamentū quod ibi fecit, non valet,quamuis redierit.

k Qui in poteſtate parētis eſt. vel eſſe creditur: vt.ff.eo.l.qui in domini &.l.ſequen. ſecundum primum.

l Non habet. vt &. C. eo.l.iij.

m Nihilo magis . id eſt nō ideo magis: vt inſti. eo. in princip. & argu. ſupra de poſtul. l. quos prohibet. & eſt hoc verum , niſi in caſtrēſi vel quaſi peculio : vt inſtit. eo.in princip.&.C.eo.l. penul. & fina. &. ff. de dona.l.fili⁹.in fi.ſed donare poteſt cauſa mortis patre permittente:vt ff. de dona. cau. mor.l. tam is.§.j. dūmodo hoc expreſſe permittat,non ſimpliciter donare : vt dicta.l.fili⁹.§.ſed & meminiſſe.Sed quare ſec⁹? Reſpōd. quia teſtamēti factio eſt publici , non priuati iuris:vt.ſ.eod.l. iij. & mors filij inſpicit, non patris:vt argu.ff.de don. cau.mor.l. mortis cauſa capitur.Sed in caſu videtur ꝙ poſſit,quādo mater vel auia relinquit vt ad patrē non perueniret vſusfructus:vt in authen. vt liceat matri & auiæ.ſ prīc.col.viij. ſed dic diſponit nō teſtādo:vt ibi not.

Filius donat cauſa mortis patre per mittente.

* Alciat.lib. 3.diſp.c.6.

† Correctū quodammodo per.l.diſcretis. C.eo. tit.

n Surdus. ſi habet vtrunque vitium à natura, non teſtatur : vt hic, &.C.eo.l. diſcretis. in princ. Si ex accidenti, tunc idem, ſi ſcribere neſcit:vt hîc,& ibi.Si autem alterum tantùm , tunc iure iſto nō teſtatur:niſi à principe impetrauerit:vt hîc,&.ff.l.proxi.&.ff.vnde cogna.l.octaui.§.fratris.hodie ſic:vt.d.l.diſcretis.§. ſinautem . vſq; ad fi.Item hoc niſi ſit miles:vt inſtitu.de teſta.mili.§.quinimò. &.ff.de mili.teſta.l.iiij.Accurſius.

D o Mutus.vt inſtit.eo.§.penul.& facit.C.eo.l.furioſum. &.ſ.de poſtu.l.j.§.caſum.& de ſpon.l.furor.&.ſ.eo.l.ij.

p SI mutus aut.] poteſt dici,aut pro etiam.& dic ex accidēti:& neſcit ſcribere,aliàs ſuo iure poſſet:vt.C.eo.l.diſcretis.ij. reſpon. Vel verius ſeparatum erat vitium:& hoc iure non poterat:ſed hodie poteſt:vt hîc,&.ſ.l.proxi.not.Accurſius.

q Valet. ſi modò ſolenniter , & inſtituendo quem debet teſtetur: vt.C.de inoffi.teſta.l. ſiquando. in princ. Nec ob.ſ. de bo.liber.l. etiam.§.j.quia ibi conceſſit ei qui aliàs poterat teſtari: vt plenè no. d.l.ſiquando.& facit ad hoc.ff.eo.l.filius.

E EIus qui.] CASVS. Si aliquis eſt captus apud hoſtes, nō poteſt facere teſtamentū:& ſi fecerit,nō valet,etiā ſi redeat.ſecundò dicit,quod ſi alicui eſt interdictū aqua vel igni, vel eſt in inſulā deportatus:ſi prius fecerat teſtamentū,nō valet.& idē ſi fecit poſtea, & bona ſua debeāt publicari ſi ſint lucroſa:aliàs creditoribus concedi.ſecus in eo qui eſt ad tēpus in aliquā inſulā magnā relegatus: vel cui eſt prohibitum ne ſtet in Italia: vel cui eſt prohibitū ne ſtet in prouincia vnde ipſe eſt:quia iſti tres bene poſſunt cōdere teſtamentū:& ſunt alij tres qui amittunt libertatē & bona,& teſtamēti factionem nō retinent, vt ille qui damnatur ad ferrum, id eſt vt decapitetur:& ille qui damnatur vt ſtet ſemper cum beſtiis in ſyluis:& ille qui damnatur in metallum.Viuianus.

r Hoſtes. vt captus,& ſic ſeruus:vt inſti.de iure perſo.§.ij.& ſic per cōſequens nihil habet:vt inſti.per quas perſonas. §. item quod ſerui.& his rationibus nō valet:vt &.ff.eo.§.fi.&.ff.de mili. teſta.l.facere.& ante factū valet ſiue redeat ſiue non:vt inſtitu.eo.§.fina.Itē codicilli ibi facti,ante facto teſtamento confirmati valent: vt.ff.de capti.& poſtli.l.in bello.§.codicilli.



UNED

a *Et igni.* in cuius locum ſucceſſit hodie deportatio:vt.ʒ.ad le.Iul. repe.l.ij.&.ʒ.ad le.Iul.pe.l.iij.& facit.ʒ. de leg. iij.l.j.§. hi quibus.in prin.& in fi.hodie etiam in locum eius ſuccedit exheredatio.
b *Publicabuntur.*hodie corrigitur quod hîc &.ʒ.hac.l.dicitur de bonis publicãdis:vt in authen.vt nul.iudi.§.quoniã.&.§.penul.col.ix. Nec tamen teſtabitur: tũ quia in hoc hæc iura non corrigũtur:tũ quia certis perſonis ex præcepto dictæ leges incõtinenti dantur.
c *Lucroſa.*quia nihil ſit pereſt deducto ære alieno:vnde fiſc⁹ nõ habet: vt.ʒ.de iure fiſci.l.j.§. an bona.&.l. non poſſunt.
d *Deportati.*ſ. bona. & hæc corrigitur : vt.s.§. & facit.C.de pœ.l. deportatorũ. & de bon. proſcrip.l.ij. vbi dicit de poſt quæſitis non poſſe teſtari.Accurſius.
e *Ius retinẽt.*ſiue in perpetuum, ſiue ad tẽpus ſint relegati. nã ciuitatẽ & libertatẽ & bona etiã retinẽt alij prædicti, & inferiores nõ:vt.ʒ.de inter.& relega.l.relegatorũ.§.ſiue.&. C.de pœnis.l.deportatorum.
f *Ad ferrum.* vt decapitẽtur:quod fit, vt. C.de adul.l. quamuis. Itẽ ad beſtias:vt.ʒ.de fal.l.quicunq;. Item in metallũ: vt.ʒ. ad leg. Iul. pe.l. ſacrilegij.§.ſi quis.
g *Perdunt.* ſtatim poſt ſententiã:vt.ʒ. de pœ.l. qui vltimo.Hodie contra:vt in authẽ.de nupt. §.quod autem. coll.iiij. Item & quod dicit, publicantur, hodie cõtra: vt in authẽ.vt nulli iud. §.fi.col. ix. nec tamẽ teſtatur:vt hac.l.no.§.j.
h *Factionem.* tam actiuẽ,vt hîc:q̃ paſſiue:vt.ʒ.de pœ.l.quidã. & facit.ʒ. eo.l. qui à latronibus.§.ſi quis.& de iniu.rup.teſtamento.l.ſi quis ex.§.irritum.

Hoc correctũ eſt per Nou.134.§. vt autem.

Damnatio qua perditur vita, libertas vel ciuitas,impedit teſtamentũ fieri,& rumpit iam factũ. ſecus in damnatione per quam fama læditur tantum.Bartolus.

Si cui aqua & igni[a] interdictũ ſit:eius nec illud teſtamẽtum valet quod ante fecit, nec id quod poſtea fecerit. Bona quoq; quæ tũc habuit* cũ dãnaretur,publicabuntur:[b] aut ſi nõ videantur lucroſa,[c] creditoribus cõceduntur.In inſulã deportati,[d] in eadẽ cauſa ſunt.Sed relegati in inſulã, & quibus terra Italica & ſua prouincia interdicitur, teſtamẽti faciẽdi ius retinent.[e] Hi verò qui ad ferrum[f] aut ad beſtias aut in metallũ damnantur, libertatem perdunt,[g] bonaq; eorum publicantur : vnde apparet amittere eos teſtamenti factionem.[h]

Pendente proceſſu capitali nõ impeditur quis facere teſtamentum.Bartolus.

IX. VLPIANVS *libro quadrageſimo quinto ad Edictum.*

SI quis poſt accuſationẽ in cuſtodia fuerit defunctus indẽnatus,[i] teſtamentũ eius valebit.

Qui non habet manus, poteſt teſtari.Bartolus.

X. PAVLVS *libro tertio Sententiarum.*

QVi manus amiſit,teſtamentum[k] facere poteſt, quamuis ſcribere non poſſit.

XI. VLPIANVS *libro decimo ad Sabinum.*

OBſides[l] †teſtari nõ poſſunt, niſi eis permittatur.[m]

Teſtatore decedente apud hoſtes, teſtamentum antè factũ per legem Corneliam confirmatur. Bartolus.

B XII. IVLIANVS *libro quadrageſimo ſecundo Digeſtorum.*

LEge Cornelia teſtamẽta eorũ qui in hoſtiũ poteſtate deceſſerint,perinde cõfirmantur,[n] ac ſi hi qui ea feciſſent, in hoſtiũ poteſtate* nõ perueniſſent:& hereditas ex his eodẽ modo ad vnũquemq;[o] pertinet.Quare ſeruus heres ſcriptus ab eo qui in hoſtiũ poteſtate deceſſerit : liber & heres erit,ſeu velit ſeu nolit:[p] licet minus propriè neceſſarius heres C dicatur.Nam & filius eius qui in hoſtiũ poteſtate deceſſit,inuit⁹[q] hereditati obligatur,quãuis ſuus heres dici non poſſit,[r] qui in poteſtate morientis non fuit.

Capti a latronib⁹,& legati apud extraneos poſſunt facere teſtamentum.Bartolus.

XIII. MARCIANVS *libro quarto Inſtitutionum.*

QVi à latronibus[ſ] capti ſunt, cùm liberi[t] maneant,[u] poſſunt[x] facere teſtamẽtũ. Item qui apud extraneos[y] lega-

D

A quia quæſita in obſidat u,ſunt fiſci.ſed & relictorũ domi perdunt dominiũ:vt ipſi capti:vt.ʒ.de iure fiſci.l.diuus.& argu.s.eo.l.eius.
m *Permittatur.* à principe expreſſe,non ab alio:vt ſupra eo.l.iij.vel etiam tacitè,vt conceſſo vſu togæ Romanæ:vt infra de iure fiſci. l. ſed & ſi accepto.

Quæſita in obſidatu fiſcus capit.

LEge Cornelia.]CASVS Titius Romanus fecit Romæ teſtamentũ, & inſtituit heredẽ Seiũ poſtea fuit capt⁹ ab hoſtibus,& ſic ſeruus effectus:& ibi deceſſit. nũquid Seius heres ab eo ſcriptus poteſt ex dicto teſtamento habere eius hereditatẽ:&videtur ꝗ nõ de iure:quia irritum eſt factũ teſta. ſeruitute teſtatori cõtingente.ſed dicas ꝗ poteſt habere hereditatẽ:qa.l. Corne. cõfirmat teſtamentũ,& vult quod valeat, ac ſi prima hora captiuitatis mortuus fuiſſet Titius Romanus . Quid ſi ſeruũ inſtituiſſet in dicto teſtamẽto dictus Titi⁹? Certè erit liber& heres neceſſarius ac ſi Titius captus non fuiſſet: & ſi habet filiũ dictus Titi⁹, quamuis ſuus heres patris dici nõ poſſit, eo ꝗ nõ eſt in eius poteſtate, quia Titius eſt ſeru⁹ hoſtiũ,vt dixi:tamen per.l. Corne.& per ius ciuile inuitus obligatur hereditati patris.Viuianus.
n *Confirmentur.* vt.ʒ.ad leg.Falcid.l.j. §.lex.&.ʒ. de iniuſto teſta.l.ſi quis §.quatenus. & infra de bo.lib.l.iiij.§.j. &. C.de capti . l. captum. & de ſuis & legiti.l.apud.
o *Vnumquenque.* agnatum vel cognatum vel ſcriptum:vt.d.ll.&.ʒ.de ſuis & legi.here.l.j.§.j.Sed cõtra.ʒ.de verb.ſignifi.l.iij.in fi. Solu. vt ibi.Item cõtra.ʒ.de ſecun.tabu.l.qui ex liberis.§. teſtamento. & inſtitu.quib.mod.teſt.infir.§.nõ tamen.quibus dicitur irritũ capi.de. Sol.ibi bona in alium tranſierunt: & ſic de alienis teſtatur : hîc remanent nullius . at vbi tantùm qualitas corporis mutatur , nihilo minus valet:vt.s.eo.l.qui in poteſtate.§.fi.Accurſius.
p *Nolit.* vt.ʒ.de acquir.hered.l.neceſſariis.in fi,H.
q *Inuitus.* de iure ciuili,non prætorio:vt dicta.l.neceſſariis.not.& inſtitu.de here.quali.& diffe.§.ſui.
r *Non poſſit.* imò eſt ſuus:vt inſtitu.de hered.ab inteſta.§. interdũ. quæ eſt contra. Solu.ibi fictionem poſtliminij, non veritatem cõſiderauit.Accurſius.

† Obſides non teſtantur.facit.c. expoſita. cir ca fin. cum glo.fi. extra de arbi.

l.10.ʒ. de mi lit.teſtam.

* poteſtatẽ.

SI quis poſt.]CASVS. Aliquis fuit accuſatus de tali crimine ex quo ſi damnatus eſt,non poſſet facere teſtamentum , puta de adulterio natus datus fuit in cuſtodia nuntiorum, & deceſſit ante condemnationem morte naturali. teſtamentum quod ante fecit, valet. Viuianus.
i *Indemnatus.* id eſt non condemnatus: vt infra de iniuſto rup. teſtamento.l.ſi quis ex.§. proinde.& infra de dona.l. poſt contractũ. &.ʒ.eo.l.qui à latronibus.§.fin.ſecus ſi condemnatus,ita quòd nõ poſſit retractari:vt infra de accu.l.ex iudiciorum.Item ſecus in crimine maieſtatis:vt infra de dona.l. donationes.§. fin. & in aliis ſimilibus quæ ſunt in.d.l.ex iudiciorum.Item hoc niſi mortem ſibi conſciuit:vt dicto.§. proinde.&. C.ſi reus vel accu. mor. l. defunctus.Itẽ eſt argu.contra.ʒ.de manu.vind.l.qui pœnæ.ADDITIO. Dic ſecundum Bald.quod hîc criminoſus erat mortuus:vnde ſententia ferri non poterat:ſed in.l.contraria criminoſus viuebat : & ideo meritò ſententia contra eum lata quæ retro fingit quantum ad bona,retractat ea quæ medio tempore ſunt attentata in præiudicium fiſci,ſecundum Dyn.

QVi manus amiſit.]CASVS. Ille qui non habet manus,& ſic nõ poteſt ſcribere:poteſt facere teſtamentum.Viuianus.
k *Teſtamentum.* nuncupatiuũ,& in ſcriptis:vt.C.eo.l.iubemus.& in authen.ibi ſignata.& facit.s.eo.l.ij.Accurſius.

OBſides.]CASVS.Si Romani dent hoſtibus obſides pro Romanis captiuis:illi obſides teſtari nõ poſſunt, niſi imperator eis concedat.Viuianus.
l *Obſides.*dati Romanis ab hoſtibus pro captiuis,vel pro pace cõponenda,vel ſecundũ Ioã.etiã facta tenenda.& idem intellige ecõtra in obſidibus datis à populo Romano hoſtibus. H. & eſt ratio:

QVi à latronibus.]CASVS. Si Bononienſis eſt captus à Mutinẽſibus,remanet liber:quia non ſunt hoſtes,imò latrones: & ideo poteſt facere teſtamentũ. Quid ſi Romanus eſt miſſus ad hoſtes pro ambaſſiatore?certè bene poteſt cõdere teſtamentũ.
E [SI QVIS.] Titius damnatus de crimine capitali appellauit:& ita extinctum fuit pronuntiatum:& penden.appel. facto teſtamento deceſſit.certè valet teſtamentum.Viuianus.
ſ *Qui à latronibus.*de capto à Mutinenſibus dicit:vt.ʒ.de capt.l.hoſtes vel propriè à quolibet latrone:vt.ʒ.tit.j.l.poſtliminium. §.à piratis.ſed ſi incertus,non poteſt:vt.ʒ.de lega.iij.l.j.in princ.
t *Cum liberi.* hac ratione & filiusfa.ſed ille in poteſtate legitima alterius:nec dominia rerum plenè habet. Item damnati de crimine capitali.item liberti.ſed & illi dominia rerum non habẽt: vt ſupra eo.l.eius.§.fina.
u *Maneãt.*vt dictis.ll.&.C.de inge.manumiſ.l.cũ agnatum.Acc.
x *Poſſunt.* ſed non contrahere cum quolibet: vt ſupra quod met. cauſa.l.qui in carcere.
y *Externos.*id eſt hoſtes:vt infra de cap.& poſtlimi. re. in princip.

Vel

Vel dic de illis qui dicuntur in. l.poſtliminij. §.in pace.qui ſimiles ſunt hoſtibus:vt ibi dicit. A

a *Funguntur.* etiam ſi ſint ibi capti:cum capi non debuerint: vt infra de legatio.l.fi.

Appellatio pronuntiatum extinguit.

b *Appellauerit.* igitur extinguitur pronuntiatum:vt.j.ad Turpil.l.j. §.fin.& facit.j. de pœ.l. ij.§.fin.&.j.de iniuſto teſta.l.ſi quis ex.§.hi.&.s. eo.l.ſi quis poſt.&.s.de his qui not.infa.l. furti. Sed arg.cōtra.j. ad municipalem l.libertus.§.in quæſtionib. Sed illud ideo, quia nec de facto infamis admittitur:vt.C.de dig.l.neque.lib.xij.

c *Valet.* niſi ſit dānatus crimine maieſtatis, vel repetūdarū: vt.j.de accu.l.ex iudiciorū.& niſi ſit de aliis ibi notatis quæ ſunt ſex. Item niſi mortē ſibi cōſciuerit:vt .j.de iniuſto teſta.l.ſi qs filios exheredato.§.eius qui. Sed quidā dicunt ſpeciale in crimine maieſtatis & repetundarū. & hocvltimo.Itē quod dixi valere pēdente appellatione: dic eo ſaluo quod ſi per ſentētiā bona ſpecialiter damnato adimātur,etiā poſt mortē cauſa bonorū duret. eſt ergo in pēdenti tūc, an valeat teſtamētum.

† In vulgata ed. eſt lex. Qui in domini.

*In actibus legitimis vt factione teſtamenti & aditione hereditatis,requiritur certa & vera ſcientia.

Qvi in teſtamēto.] CASVS. Siue aliquis ignoret ſtatū ſuū,de quo ponit exemplū hæc. l. ſiue dubitet de ſtatu ſuo vel erret,nō poteſt facere teſta. nam cū de ſtatu eorū ſint incerti,certū aliquid in teſtamēto ſtatuere non poſſunt.& hoc dicit cū. l.ſeq.Viuianus.

d *Manumiſſus eſt.* id eſt iuſſus eſt eſſe liber.

e *Aditamque.* tūc enim cedit dies relictæ libertatis:vt.C.de cadu. tollen.l.j.§.in nouiſſimo.etiā ignorāte ſeruos : vt. j.de fideic.lib.l.iij.§.j.ibi quid ergo ſi quid&c.& hîc colligitur.

tione funguntur, [a] poſſunt facere teſtamentum.

Valet teſtamentum decedētis appellatione pendente.Bart.

Si quis in capitali crimine dānatus appellauerit, [b] & medio tēpore pendēte appellatione fecerit teſtamentum,& ita deceſſerit valet [c] eius teſtamentum.

Iſta lex ponit caſum in terminis:& lex ſequens ponit ſummarium eius.Bartolus.

XIIII. PAVLVS *libro ſecundo Regularum.*

† QVi in teſtamento domini manumiſſus eſt, [d] ſi ignorat dominum deceſſiſſe, aditamq; [e] eius eſſe hereditatem teſtamentum facere non poteſt, licet iam paterfamilias,& ſui iuris eſt.nā qui incertus de ſtatu [f] ſuo eſt,certam legem teſtamento dicere non poteſt. [g]

XV. VLPIANVS *libro duodecimo ad Edictum.*

* DE ſtatu [h] ſuo dubitantes vel errantes, teſtamētum facere nō poſſunt, vt diuus Pius reſcripſit.

Qui non habet teſtamenti factionem actiuè abſque ſui delicto, poteſt habere teſtamenti factionem paſſiuè.Bartolus.

XVI. POMPONIVS *libro ſingulari Regularum.*

FIliusfamilias, & ſeruus alienus,& poſtumus, [i] & ſurdus teſtamenti factionem habere dicuntur. licèt enim teſtamentum facere non poſſunt, [k] attamen ex teſtamēto vel ſibi vel aliis adquirere poſſunt. Marcellus notat, [l] furioſus quoque teſtamenti factionem habet, licèt teſtamentū facere non poteſt. Ideo autem

f *De ſtatu.* primæuo ſ. natura ſiue iure naturali tributo quem nunc recuperauit.& ſic ponitur.s.de ſta.ho.l.libertas.& ſi cer.pe.l.eius qui.

g *Non poteſt.* niſi ſit miles:vt.j.de mili.teſta.l.ex militari.§.fi.vel veteranus:vt.j.de iu.codic.l.Ariſto.& facit.j. vnde legi.l.ij.§.fi.&.j.de lega.iij.l.j.j.reſpō.&.j.de acquiren.heredi.l.heres.&.j.l.proxi.item facit.C.de repudi.authen.ſed hodie.vbi non tenet matrimonium factum cum ſoluta quam credo ligatam.

Dubitatio, ignorantia, error & neſcientia differunt. Similis gloſa eſt ī Rub. de iuris & facti ignorātia.s.

h DE ſtatu. Pone exemplum.j.de leg.ij.l.j.in prin.& eſt differētia inter dubitationē ſeu titubationē,ignorantiā,errorē, & neſcientiā:quia dubitās applicat animum ſuum ad plura,& neſcit quid eligat.Ignorans eſt qui nihil ſcit:ſed ſcire debet.At neſcientia eſt cū ſcire nō tenetur.Errat quando credit vnum,& eſt aliud: ſed quantum ad titulū de iur.& fac.igno.vel condi.inde . nō eſt differētia:vt.C.de cōdic.indebi.l.fi. lex tamē videtur facere differentiā in hoc.j.de acqui.here.l.vj.§.j. ſed ibi id reprobauimus. Item hæc lex fallit in milite & veterano:vt.s.proxi.l.not.

Filiusfamilias.] CASVS. Nominātur hîc quidā qui non poſſunt facere teſta.habent tamē teſtamēti factionē in paſſiua ſignificatiōe,qa poſſunt acquirere ſibi relictū in teſtamēto alterius. Seq. l.dicit φ donec aliquis eſt mēte captᵘ, nō poteſt facere teſtamētū.

i *Poſtumus.* etiā alienᵘ hodie:licèt olī ſecᵘ:vt inſt.de leg.§.poſtumo.

k *Poſſunt.* accipitur ergo actiuè & paſſiuè:vt inſtitut.de here.quali.& diffe.§.teſtamenti.Et de ſurdo dic vt.C.eo.l.diſcretis.

l *Notat.* addendo,non corrigendo.

m *Ignorantibus.* vt.j.de acquiren.poſſeſ.l.j.§.item acquirimus.&.s. quemad. ſer.amitta. l.ſi partē.§.j .&.j.de leg.ij.l. cū pater. §. ſurdo. ergo & furioſo:vt.j.de act.& obligat.l.ſi à furioſo.Et quod dicit in perſonalibus:idē in realibᵘ: vt.C. cōmunia de leg.l.j.&.j. de fur.l.à Titio.&.d.l.ſi partē.Sed quidā dicunt tunc demū cum agnouit.ſed tūc dic irreuocabiliter.& facit inſtit. de here.ab inteſt.§. poſtumi.&.C.eo.l.furioſum. & ſupra eod. l. iiij. &.l. qui in poteſtate.

habet teſtamenti factionē, quia poteſt ſibi adquirere legatū vel fideicommiſſum.nam etiam cōpotibus mentis perſonales actiones etiam ignorantibus [m] adquiruntur.

Alienatus mente propter infirmitatem, non poteſt facere teſtamentum.Bartolus. B

XVII. PAVLVS *libro tertio Sententiarum.* †

† tit.6.

IN aduerſa corporis valetudine mēte captus,eo tempore teſtamentum facere nō poteſt. [n] *

Interdictio facta bonis à iudice impedit teſtamentum fieri, & teſtamento teſtificari : & iam factuus non rumpit.Bartolus.

XVIII. VLPIANVS *libro primo ad Sabinum.*

IS cui [o] lege bonis interdictum eſt,teſtamentum facere nō poteſt:& ſi fecerit,ipſo iure non valet: quod tamē interdictione vetuſtius habuerit teſtamentum, hoc valebit . meritò ergo nec teſtis ad teſtamentum adhiberi poterit, [p] cum neque teſtamenti factionem [q] habeat. C

Damnatus propter infamiam, impeditur facere teſtamentum. Bartolus.

Si quis ob carmem famoſum damnetur, [r] ſenatuſconſulto expreſſum eſt vt inteſtabilis [ſ] ſit.ergo nec teſtamentum facere poterit, nec ad teſtamentum adhiberi. [t] D

Teſtamentum quod ab initio non valet ex defectu teſtantis,impedimento ceſſante non confirmatur.Bartolus.

XIX. MODESTINVS *libro quinto Pandectarum.*

n IN aduerſa. Nō poteſt. vt.s.eo.l.ij.&.s. eo. l.iij.&.l.furioſum.

* quod de teſtamēto Tiberij decreuit Caligula. auctore Dione.

IS cui.] CASVS. Prodigus cui eſt bonis interdictū, non poteſt facere teſtamētū. ſi tamē fecit antequā eſſet ſibi bonis interdictū, valet. ſi nō poteſt facere teſta. vt dictū eſt : ergo in teſtamēto teſtis eſſe non poteſt. Itē dicit φ ſi aliquis eſt dānatus ob famoſum carmen quod de alio ſcripſit: neq; teſta.facere poteſt,neq; teſtis ī teſtamēto eſſe. Vi.

o *Is cui.* vt hæreticis omnibus:vt.C.de hæret. & Mani.l. Manichæos. Itēvt.C.ad.l.Iul.maieſt. l.fina. Sed ſecundū hoc videt falſum,* qđ tamē interdictione vetuſtius &c.ideo pone in prodigo cui lege,i.per legē à iudice interdictū eſt bonis:vt inſtit.eo.§.itē prodigus. &.s. de cura. furio.l.j. ſed in eo videtur malè dicere,meritò&c. ſed ſatis poteſt concedi illud eſſe verum. Hug. cum debeant eſſe integri [a] fructus : vt ſupra de teſti.l.quæſitum.Alij dicūt lege interdici, cū

a] legēdum eſt integræ frōtis.vt habetur in d.l. quæſitum. Cont.

certū eſt eum eſſe prodigū.ſi verò dubium,tunc à iudice:vt inſtitu. de cura.§.furioſi. ADDITIO. Iſta gloſ.eſt corrupta [b] ſecundū Barto.hîc.cum idē ſit in vtroq;:vt.s.eo.l.filiuſfami. nec in hoc eſt differētia inter furioſum & prodigū:vt inſti.eo.§. teſtes. & inſtitu. qui. non eſt permiſ.face.teſta. §.item prodigus. E

b] nō eſt corrupta,niſi in illis verbis, integri fructus.vt.s.nō taui.Cōtius.

p *Adhiberi poterit.* vt teſtis:nec dicetur ei teſtimoniū:vt.j.eo.l.cū lege.&.j.de ſecun.tab.l.j.§.ſed ſi quis.& inſti.de teſta.§.teſtes.

q *Factionem.* actiuè,ſed paſſiuè ſic:vt.j.de acqui here.l.mutum.§.j. Fallit tamen in filiofa.qui poteſt eſſe teſtis,non tamen teſtatur.

r *Damnetur.* accuſatus vel conuictus ex illa iniuria:vt.j. de iniur.l. lex Cornelia.§.ſi quis.&.l.quod ſenatus.

ſ *Inteſtabilis.* vt &.s.de teſt.l.ob carmē.& hoc exponit ſtatim.

t *Adhiberi.* vt teſtis.Item nec ei dicetur teſtimonium : vt.j. eo.l.cū lege.An autem capere poſſit ? quidam dicunt quòd non. ſed Azo dicit φ ſic:quia & is cui bonis eſt interdictum, non poteſt adhiberi,& tamen capit:vt.j.de acquir.heredi.l.mutum.§.j ſed Ioan.dicit quod nec ille capit : quod poteſt eſſe verum quando à lege : vt in hæretico.ſi autem propter prodigalitatem,benecapit & iſte ſecundum eum.ſed dicā quod non capiat : vtpote criminoſus : vt hîc in fin.quod non eſt in prodigo:vt not.d,l.mutum.

SI filiusfamilias [a] aut pupillus aut ſeruus [b] tabulas teſtamẽti fecerit, [c] ſignauerit:ſecundum eas bonorum poſſeſſio dari non poteſt: licèt filiusfamilias ſui iuris, aut pupillus pubes, aut ſeruus liber fact⁹ deceſſerit: [d] quia nullæ ſunt tabulæ teſtamenti quas is fecit qui teſtamenti faciendi facultatem non habuerit.

Heres in poteſtate teſtatoris conſtitutus non poteſt eſſe teſtis in teſtamento: ſecus in legatario. Item pater & frater militis teſtamento poſſunt adhiberi vt teſtes. hoc dicit vſque ad. §. quæcũque. Bartolus.

XX. VLPIANVS *libro primo ad Sabinum.*

† Verba Sabini.

SECVNDA PARS HVIVS TIT.

QVi teſtamento † heres inſtituitur, in eodem teſtamẽto teſtis eſſe nõ poteſt. quod in legatario, & in eo qui tutor ſcriptus eſt, contrà habetur. [e] hi enim teſtes poſſunt adhiberi, ſi aliud eos nihil impediat: vtputa ſi impubes, ſi in poteſtate ſit teſtatoris. Poteſtatis autem verbum non ſolùm ad liberos qui ſunt in poteſtate, referendum eſt: verum etiam ad eum quem redemit ab hoſtibus: quamuis placeat hunc ſeruum non eſſe, ſed vinculo [f] quodam retineri donec pretium ſoluat. Per contrarium quæri poteſt, an pater eius qui de caſtrenſi peculio poteſt teſtari, adhiberi ab eo ad teſtamentum teſtis poſſit. Et Marcell⁹ libro decimo Digeſtorum ſcribit, poſſe. [g] Et frater ergo poterit.

A

Sicut filius non poteſt eſſe teſtis in teſtamento patris: ita nec in aliquo negotio per quod patri aliquid acquiratur. Bartolus.

B Quæ autem in teſtamento diximus [h] ſuper perhibendis teſtimoniis eorum qui in poteſtate ſunt: in omnibus teſtimoniis accipias vbi aliquid negotij geritur per quod adquiratur. Ne furioſus quidẽ teſtis adhiberi poteſt, cum compos mentis non ſit: ſed ſi habet intermiſſionem, eo tempore adhiberi poteſt. teſtamentũ quoque quod ante furorem conſummauit, valebit: & bonorum poſſeſſio [i] ex eo teſtamẽto competit.

C Qui non poteſt eſſe teſtis in iudicio, non poteſt eſſe teſtis in teſtamento. Item mulier in teſtamento teſtis eſſe non poteſt: in aliis poteſt, niſi ſit infamis. Bartol.

Eum qui lege Iulia repetundarum damnatus eſt, ad teſtamẽtũ adhiberi non poſſe [k] exiſtimo: * quoniam in iudiciũ [m] teſtis eſſe vetatur. Mulier teſtimoniũ dicere in teſtamento quidem non poterit: [n] aliàs autẽ poſſe teſtem eſſe mulierẽ, argumẽto eſt lex [o]

D Iulia de adulteriis, quæ adulterij damnatam, teſtem produci,

* Pandectæ Flo. habent adhiberi poſſe exiſtimo. quam lectionem ſilens vt veriorem tuetur etiã per rationẽ ſequentẽ quia duntaxat in iudicio teſtis eſſe vetatur ergo non in teſtamento. l. vlt. C. de hæreticis. ſed pugnat. l. ead. §. j. ĵ. ad l. iul. Repet.

SI *filiusfa.*] CASVS Si filiusfa. vel ſeruus vel pupillus teſtetur: heres ab eo vel ab eis inſtitutus non poteſt habere bonorum poſ. ſecundum tab. ex illo teſtamento: licèt dictus filiusfa. qui fecit teſt. factus poſtea ſui iuris deceſſerit: & licèt pupillus poſtea pubes factus deceſſerit: & licèt ſeruus poſtea liber factus deceſſerit: quia nullæ ſunt tabulæ, &c. Viuianus.

a *Si filiusfa.* niſi in caſtrenſi peculio vel quaſi: vt inſti. eo. in prin.

b *Aut ſeruus.* niſi in caſtrenſibus: vt. C. communia de ſuc. l. ſeruus.

c *Fecerit.* teſtãdo. & ſic ſequẽtia: vt infra de bono. poſſeſ. ſecũdum tabu. l. j. §. exigere. & facit. ŝ. eo. l. iij. &. iiij. & infra de leg. iij. l. j. §. j. &. ĵ. de regu. iur. l. pen. & in authen. de teſti. §. ſi verò. col. vj. & ſupra ad Maced. l. j. §. certe. &. C. de interdict. ma. l. ſi patris. Accurſius.

d *Deceſſerit.* ſecus in legato: vt. ĵ. de lega. iij. l. j. §. j.

QVi *teſtamento.*] CASVS. Aliquis non poteſt eſſe heres & teſtis in teſtamento quo eſt heres: ſed legatarij bene poſſunt eſſe teſtes, niſi ſint impuberes, vel in poteſtate teſtatoris, vel alio modo impediãtur eſſe teſtes. & intelligo filios eſſe in poteſtate teſtatoris, & illos liberos homines quos ab hoſtibus redemit. Sed quid ſi filiusfami. in militia exiſtens faciat teſta. nũquid pater ſuus vel frater poterit eſſe teſtis? & dicitur quod ſic. dixi ergo in princi. quod filius non poteſt eſſe teſtis in teſtamento patris. certè idẽ eſt in omni alio negotio in quo patri acquiratur. Secũdò dicit, quòd furioſus non poteſt eſſe teſtis in teſtamẽto, cum furor dum tenet. aliàs ſic. & ſi fecit teſt. ante furorem, valet. Tertiò dicit, quòd ille qui damnatus eſt lege Iul. repe. non poteſt eſſe teſtis in iudicio, neque in teſtamento. Quartò dicit, quod mulier in teſtamẽto non poteſt eſſe teſtis: aliàs generaliter ſic: niſi ſit de adulterio damnata. Quintò dicit, quod ſeruus non poteſt eſſe in teſta. teſtis: quia iuris ciuilis vel prætorij communionem aliquam non habet: imò pro mortuo reputatur. Sextò dicit, quod teſtes debent durare ad audiendum teſtantem donec completum ſit teſta. & ſi ſit ibi Græcus teſtis, non facio vim vtrum intelligat ſermonem Latini teſtatoris, vel non: dum tamẽ alio modo ſciat quid ſit. Teſtamentum autem non valeret ſi teſtes eſſent ibi per vim detenti. Viuianus.

e *Habetur.* vt inſtit. eo. §. legatariis. &. C. eo. l. dictantibus. Sed contra. C. de teſti. l. omnibus. Solu. vt ibi: [a] quia hìc pro ſolennitate, ibi pro veritate. ſic & in tutore: non tamen in cauſa pupilli poteſt eſſe teſtis. Item facit. xiiij. q. ij. ſuper prudentia. & inſtitu. de teſta. §. ſed neque. Accurſius.

a Iſta gloſ. reprobatur: quia ſi verũ eſſet, heres etiã poſſet eſſe teſtis: quod ſecus eſt ſecũdum Bart. Paul. & Areti.

f *Vinculo.* pignoris: vt. ĵ. de lega. j. l. ſenatus. §. j. &. C. de capti. l. ij. & hoc ſi liber fuit redemptus: aliàs fuit redimentis: vt. ĵ. de cap. l. in bello. §. ſi quis ſeruum.

g *Poſſe.* cum ante miſſionem teſtetur: ſecus ſi poſt: vt inſti. eo. §. ſed ſi filius. quæ eſt contra. nam & ſine vllo teſte vel ſine ſolenni numero teſtium valeret. igitur valet quando huiuſmodi adhibetur: vt dicitur de muliere cui datur actio ex ſtipulatu vbi nulla fuit ſtipulatio: multo magis ergo vbi aliqua fuit, licèt non vtilis: vt. C. de rei vxo. actio. in princ. Item contra. C. de teſti. l. v. & ſupra de teſti. l. teſtis idoneus. Sed hoc eſt ſpeciale fauore militis. Hug.

h *Diximus.* refert ſe ad filios prohibitos teſtificari patri in teſtamẽto. Idem erit in aliis negotiis, ſi quæratur aliquid patri, id eſt, ei ſit vtilitas filij teſtimonium. ſi autem non patri ſed filio quæratur: tũc & alia ratione repellitur, quia in re ſua: vt ſi pater pro filio velut legitimus adminiſtrator agit. ſi autẽ nec patri nec filio quæratur: tũc ſecundum hoc filius eſt teſtis patri: vt hìc innuit. Sed ob. quòd dicit, perhibẽdis, vel ſub. non perhibendis. Item ſecũdum hoc non ob. inſtit. eod. §. ſed ſi filius. vbi non quæritur patri vel filio: & tamẽ repellitur, quia ibi de patris teſtimonio: de quo dic vt. ŝ. proxi. reſpon. hìc filij: & eſt ratio, vt pleni⁹ repellatur pater: quia plus diligit filiũ quàm ecõtra filius patrem: vt. ŝ. quod me. cau. l. iſti q̃dẽ. §. fi. patet ergo quod in teſtamento non poteſt filius eſſe teſtis patri: nec diſtinguo, quæratur vel non quęratur vni vel alteri: vt. ŝ. hac l. ſed in aliis diſtinguitur an quęratur vel non: vt hic dicit. Sed dicũt quidam referri ad proximum dictũ, ſcilicet de patre & fratre: quia dicit, perhibendis. & ſecũdum hoc expone, eorũ, id eſt, pro eis qui, &c. Et quod dicit, p quod acq̃ratur, gloſſant ita ſub. maximè. nam idem eſt in illis negotiis in quibus nihil patri acquiritur. nam poſt miſſionẽ pater nõ poteſt eſſe teſtis filio militi, etiam ſi ei nõ acquirat: vt inſti. eo. §. ſed ſi fili⁹. vnde generalis videtur eſſe ꝓhibitio ne pater dicat teſtimoniũ pro filio: & hoc ratiõe affectionis: & eadem ratione mater: & dicas, acquiritur. ipſi patri. Vel ſecundum Io. ipſi filio. nam ſiue negotium geratur per quod debeat adquiri ipſi filio, pater non erit teſtis, vt ibi: ſiue per quod quæritur vel non quæritur patri, filius non teſtificabitur: & ſic pater nũquam admittitur ad teſtimonium filij: & ita non ſubauditur, maximè. ſed hoc quod dicit, intellige eſſe dictum manente militia filij: vt inſti. eo. §. ſed ſi filius poſt miſſionem: vt dixi in ſuperiori. §. H. Sed hæc glo. loquitur. q. d. de prohibendo, cum ſecundum eos de permittendo dicat, niſi dicas de prohibendis. ſ. certis caſibus. q. d. aliàs prohibendis: & ſuper hoc fundatur glo. ſed primam adprobo.

Filius an patri teſtificari poſſit.

Pater plus filium diligit, quàm filius patrem.

i *Et bonorum poſſeſſio.* ſecundum tabulas, vel etiam contra tabulas, nam vtraque competit ex teſtamento: vt inſti. de bo. poſſeſ. §. ſunt E autem. & facit. ŝ. eo. l. qui in poteſtate. §. j. &. l. is cui. & inſti. eo. §. furioſi. &. §. ſed & ſi quis. &. ĵ. de ſecun. tab. l. j. §. ſi quis. &. C. eod. l. furioſum.

k *Non poſſe.* iſtud non, deeſt Py. ſed Azo poſuit in ſuo lib. & habes idem. ĵ. ad. l. Iul. repetun. l. eadem. §. j. & ſupra de teſti. l. repetundarum. Accurſius.

l *Quoniam.* Not. hanc rationem quę fallit in hæreticis: vt. C. de hęreti. l. quoniã. in fine. ADDITIO. Dic quod illa lex eſt hodie correcta, cum non poſſit hæreticus teſtari: vt. l. j. in fi. C. de ſum. tri. ſecundum Bar. hìc.

m *In iudicium.* aliàs indicium: id eſt, ſignum vel indicium aliquod quare legatum vel legatarius agnoſci poterit. Accurſius.

n *Non poterit.* quia fragilis & corruptibilis. ſed in codicillis nõ vetatur: ergo poteſt: vt. ŝ. de teſti. l. j. nam & nõ rogati poſſunt eſſe ibi: vt. C. de codic. l. fi. in fine.

o *Argumento eſt lex.* à contrario ſenſu: vt. ŝ. de teſti. l. ex eo. &. ſupra de mino

de mino.l.& ſi ſine.§.ſed quod Papinian⁹.& de offic.eius cui man. A
Contrarius ſenſus legis pro lege accipitur.
eſt iuriſ.l.j.§.fina.Et not.contrarium ſenſum legis pro lege accipi.& facit inſti.eo.§.teſtes.
a *Ad ſolennia.* teſtamenti,ſiue ſit teſtis,ſiue teſtator.
b *Ciuilis.* per quod fuit primò teſtamentum inuẽtum:vt inſti. eo. circa princip. ſecũdum quod ſerui ꝓ mortuis ſunt: vt hîc,&c.j. de re. iur. l. ſeruitutem. &. l. quod attinet.

vel dicere teſtimonium vetat.

Seruus non poteſt eſſe teſtis in teſtamento.Bartolus.

Seruus quoque meritò ad ſolẽnia [a] adhiberi non poteſt: cum iuris ciuilis [b] communionem nõ habeat in totum, [c] ne prætoris * quidem edicti. [d]

* prætorij.

B
Teſtis debet adſtare donec teſtamentum perficitur: & debet teſtificari de eo quod ſenſu percepit. Bartolus.

Et veteres putauerunt eos qui propter ſolennia † teſtamẽti adhibẽtur,durare debere donec ſuprema conteſtatio [e] peragatur. Non tamen intellegentiã ſermonis [f] exigimus. hoc enim diuus Marcus Didio Iuliano in teſte qui Latinè nõ nouerat,reſcripſit. nã ſi vel ſenſu percipiat quis cui rei adhibitus ſit,ſufficere. Sed ſi C detẽti ſint inuiti [g] ibi teſtes,† putant non valere teſtamentum.

† De ſolennibus teſtamentorum Alexand. ab Alexand. Genial.die. lib.4.ca.3. Gell.lib.15. Noct.Att. cap.27.

† Facit ca.ſacris.cũ glo. 1. extra de his quæ vi. met.cauſa fi.

c *In totum.* i. in totum caret:vt.d.ll. Vel ideo dicit, quia in criminibus & quibuſdam aliis intereſſe poteſt:vt.s.de iudi.l.vix.& ibi not. Itẽ nec ciuilibus officiis fũgi poteſt:vt ſupra de iudi.l. cum prætor.§. non autem. Item facit.j.de vſuris.l.nonnunquam. §.ſeruus.
d *Edicti.* vt infra de no.ope.nuntia.l.de pupillo.§.j.& de iure deliberandi.l.j.&.j.de fal.l. nullo.item facit inſtitu. eo.§.teſtes.
e *Conteſtatio.* id eſt,totum teſtamẽtum quod corã teſtibus fit: & hoc niſi neceſſitas aliud ꝑmittat:vt. C.eo.l.caſus. &.l.cũ antiquitas.& facit.j.eo.l.proxi.§.fi.
f *Sermonis.* i. nõ intelligant teſtes: ipſe tamen intelligit;& hoc innuit,hoc enim,&c. Vel dic quod nec ipſe intelligit, ſcilicet ſeriem teſtamenti. & ſic de teſtamento in ſcriptis loquitur.ſecus in alio:vt.j.l.proxi.in princ.& C.eo.l.hac cõſultiſſima. in prin.& §.per nuncupationem. Item hoc verum eſt niſi in ruſtico:vt.C.eo.l.fin. Vel dic quod illud in ruſtico eſt nuncupatiuum: licèt ſcriptura ſemper deſideretur. Accurſius.
g *Inuiti.* ad hoc ſupra de aucto.tu.l.j.§.fi.& de iudi.l.ij. Itẽ ad hoc infra de verb.ſig.l.coram.

*Heredes palam.*] CASVS. Cum aliquis facit teſta.in ſcriptis,vel nuncupatiuum, debet nũcupare vel ſcribere taliter heredem vel heredes quos inſtituere vult,vt exaudiri poſſit à teſtib⁹ qui ſunt ibi, propter teſtamenti ſolennitatem. & ſufficit ſi ſolennis teſtium D numerus exaudire poſſit.nõ enim eſt neceſſe quod teſtator ita fortiter clamet nominando heredes,quod audiant illi qui habent cõtra tabulas. [SI QVID POST.] Titius inſtituit ſibi heredem Seium, & legata aliis reliquit. poſt factum dictum teſta. dixit Titius, adimo here. Meam Seio,& transfero in Gaium.nunquid valebũt dicta legata? & certè non: niſi iterum dentur eiſdem legatariis per eundem teſtatorem.omnia enim quæ ſunt in teſta. ex integro ſunt facienda. ſecus autem ſi teſtator non mutet inſtitutionem, ſed explanet illud quod obſcurè dixerat: quia tunc non eſt neceſſe vt omnia ex integro fiant,imò remanẽt firma alia omnia,puta quia dixit aliquid obſcurè in inſtitutione vel legato:quamuis hîc de legato tantùm exempla ponat tria:& eſt ratio: quia explanando quod obſcurè dixerat,nihil dat:ſed datum ſignificat. ponit etiam quartũ exemplum ſuper hoc.ſ.quãdo poſt teſta. factum adiecit legato qđ in teſtamẽto dederat aliquod ſignum per quod cognoſceretur:vel adiecit legato ſummam quam non certificauerat in teſtamẽto: vel E adiecit nomen legatarij quod non ſcripſerat in teſtamento iã perfecto: vel adiecit nummorum qualitatem legatorum,quam in teſta.non dixerat. nam omnia iſta poteſt facere etiam poſt completum teſt. & non eſt neceſſe omnia ex integro fieri: & quod omnia iſta poſſint poſt teſta.cõpletũ à teſtatore cõiungi,ſcilicet nota legati,& ſumma,& nomẽ legatarij,& nũmorũ legatorũ qualitas: probat à minori. nam ſi poteſt ſumi argumentum ex non expreſſo dicto à teſtatore, vt dicitur in ſequenti verſi. nam & ſi adiecta, &c. multo magis poteſt ipſe teſtator expreſſè dicere illud tacitũ ex quo argumentum debet ſumi. [IN TESTAMENTIS.] Quando aliquis facit teſt.debent ibi eſſe teſtes rogati. vnde ſi ob aliam cauſam erant ibi, nihil valet, niſi dicatur eis exiſtentibus ibi ob aliam cauſam: Nos rogamus vos vt intelligatis hoc teſtamentum. quia tunc bene valet. [VNO.] Cum aliquis facit teſt.oportet eum taliter facere, quod nullus alienus actus intermiſceatur: ſed actus ad teſta. pertinens bene poteſt intermiſceri,puta ire ad ignem ad calefaciẽdum ceram ex qua teſtes debent teſt.ſigillare,& ſimilia. Viuianus.
h *Heredes palam.* aliter ponitur hoc verbum.s. de ri.nupt.l.palam. & facit inſti.de teſta.§.fi.&.C.eo.l.hac conſultiſſima. §. per nuncupationem.&.j.de verb.ſig.l.palam. Et no.quod quidam dixerunt

In teſtamento in ſcriptis heredes debent ſcribi: in teſtamento nuncupatiuo debent palam nominari,vt teſtes exaudiãt.Barto.

XXI. IDEM *libro ſecundo ad Sabinum.*

Heredes palam [h] ita vt exaudiri poſſint, nũcupãdi ſunt. B Licebit ergo teſtanti vel nuncupare [i] heredes,vel ſcribere.ſed ſi nuncupat,palam debet. [k] Quid eſt [l] palam? Nõ vtique in publicum, ſed vt exaudiri poſſit:exaudiri autem non ab omnibus, ſed à teſtibus: * & ſi plures fuerint teſtes adhibiti,ſufficit ſolẽnem numerum [m] exaudire.

* vulg.teſtibus ſeptem.

In mutando vel addẽdo requiritur eadem ſolennitas quę in cõſtituendo,ſecus in declarando. Bartolus.

C Si quid [n] poſt factum teſtamentum mutari [o] placuit, omnia [p] ex integro facienda ſunt.

nuncupatiuũ teſtamẽtum poſſe probari per publicum inſtrumentũ tabellionis, quod continet duorum hominũ vel trium præſentiam: & continet teſtatorem condidiſſe nũcupatiuũ teſtamẽtum coram teſtibus vij.ar.C.arbi.tut. l.fina.&. C. de edi.diui Hadri.tol.l.fi.& de dona.l.in donationibus.Item contra videtur ar. C.de fide inſtru.l. in ex ercendis. cum enim teſtes ad hoc probãdum pauciores. vij. nõ ſufficiant:vt.C.e.l.hac conſultiſſima.§.per nuncupationẽ.& de fideicõ.l. fi. cõſtat quòd nec credatur inſtrumẽto: aliàs ſi crederetur inſtrumẽto quod continet teſtatorẽ cõdidiſſe teſtamẽtũ corã vij. teſtibus, nõ eſſet eadẽ vis inſtrumẽti & duorũ teſtium, ſed maior eſſet in inſtrumẽto:quia per inſtrumentũ probaretur teſtamẽtum factum corã.vij.teſtibus:quod non eſt niſi in caſibus: vt.C.ſi mi.ſe maio.dixe.l.pen.& de non nu.pe.l.generaliter. Nemo ergo perſuadeat quòd magis credatur inſtrumento vnius tabellionis, quã.vij.teſtibus probatę opinionis.Item dicunt quidã quòd teſtamẽtum nuncupatiuum probari non poteſt niſi per teſtes:vt.C. de fide inſtrum.l.fi.ibi,cum enim,&c. Alij contra:vt.C.de fide inſtr.l. in exercẽdis.ſi modò habet præſentiã.vij.teſtium.& ſecundũ Azo. hoc obtinet ſecundum conſuetudinem ciuitatum. & de his etiam ibi no.C.de fi.inſtru.Item quæritur an teſtamẽtum in ſcriptis poſſit fieri ſine legatis & fideicommiſſis. quod verum eſt,vt dicitur.j. de heredi.inſt.l.j.§.qui neque.&.§.hoc autem.&.§.ſinautem. Hug.

Teſtamẽtũ nũcupatiuũ an poterit per inſtrumentum publicum probari.

Inſtrumẽto an potius credẽdũ ſit quàm.7.teſtibus.

i *Nuncupare.* quando ſine ſcriptis.
k *Debet.* nuncupare.aliàs habetur in textu,ſed bene intelligitur.
l *Quid eſt.* & ſic iſtud quòd palam debent nuncupare, locum habet in nuncupatiuo,non in teſtamento in ſcriptis: quia in illo poteſt iubere vt clam ſtet nomen vſque poſt mortem ſuam.
m *Numerum.* ſic.j.de ſecun.tabu.l.cum tabulæ.
n *Si quis poſt.* ſi ante conſummatum teſtamentum quid immutet. videtur neque datum.ſed ſi poſt,tunc datum,ſed ademptum: vt.j. de lega.j.l.ſi ita ſit ſcriptum.& de iis quæ in teſta.de.l.j.§.fi.&.j. de here.inſtitu.l.ſi inæqualibus.& tunc quando poſt factum.
o *Mutari.* addendo, adimendo, transferendo. & facit.C.eo.l.hac conſultiſſima.§.penul.
p *Omnia.* &c. vt hîc,etiam legata,cum caſſata inſtitutione cætera ſingularia caſſentur.ex hoc ergo dixit. Py.quòd legatũ in teſtamẽto relictum adimi non poteſt niſi etiam in teſtamento alio,vel codicillis teſtamento confirmatis. & pro hoc.j.de reg.iur.l.nihil tam E naturale.ſed Ioan. contra tam expreſſa voluntate, vt in authen. de reſti.fideicomm.col.ix.§.manifeſtũ.&.j.de ali.le l.lib[illegible]s.j.reſp.& inſti.de ademp.le.§.legatorum.& de vulga.ſubſti.§. ſi quis eũ.&.j. de lib.leg.nõ ſolũ.§.liberatio.&.C.de teſta.tute.l.ij. & inſti.de act. §.ſi quis agens.ſed Py.has intelligebat codicillis teſtamento confirmatis. Sed cõtra eum eſt:quia etiam tacita voluntate adimitur:vt. j.de adimen leg.l.iij.§.fi.&.l.alumnæ.§. ab heredibus. in fi. §.igitur magis expreſſa:vt.s.loca.l.qui ad certum.quinimò & hereditas adimitur per epiſtolam:vt.C.de iis quib.vt indi.l.hereditas. Quod ergo hîc dicitur,obtinet quo ad inſtitutiones heredum,quæ ſiue cãcellentur per factum teſtamentum, ſiue aliis modis dicat eos nolle eſſe heredes,nihilominus ſunt heredes:licèt quandoque eis vt indignis hereditas auferatur:vt ſi eos indignos teſtator vocauit.vt.j.de mili.teſta.l.milites.§.veteranus. & de iis qui.vt indig.l. cum quidã. &.C.eo.l.noſtram.Nec obſt.j.de adi.leg.l.alumnæ.§.j. quia magis conuenit prædictis. vel ibi ex donatione inter viuos petit Seia. &

UNED

adde quod not.inſtitu.de ademp.leg.§.legatorum.

a *Nuncupat.* in teſtamento nuncupatiuo dico.

b *Solennia.* id eſt,teſtamentum completum.

c *Stichum legauerat.* circa inſtitutionem debuit exemplum ponere: ſed idem ibi erit.

Quod † verò quis obſcurius in teſtamento vel nuncupat, [a] vel ſcribit: an poſt ſolennia [b] explanare poſſit,quæritur: vtputa Stichum legauerat, [c] cũ plures haberet,nec declarauit de quo ſentiret. [d] Titio legauit,cum multos Titios amicos haberet.errauerat in nomine, [e] vel prænomine,vel B cognomine,cum in corpore non erraſſet. poterit ne poſtea declarare de quo ſenſerit? Et puto poſſe. [f] nihil enim nunc dat,ſed datum ſignificat. [g] Sed & ſi notã [h] poſtea adiecerit legato vel ſua voce,vel literis: vel ſummam, vel nomen legatarij quod non ſcripſerat, vel nummorum qualitatem: an rectè fecerit? Et puto etiã qualitatem nummorũ poſſe poſt ea addi.nam & ſi adiecta nõ fuiſſet, vtique placeret cõiectionem fieri eius quod reliquit, vel ex vi- C cinis ſcripturis, vel ex conſuetudine patrisfamilias, [i] vel regionis.

In teſtamento debẽt eſſe teſtes rogati:hoc eſt,certiorati quòd ad hoc ſunt adhibiti. Bartolus.

In teſtamentis,in quibus teſtes rogati [k] adeſſe debent, vt teſtamentũ fiat: alterius rei cauſa fortè rogatos, ad teſtandum non eſſe idoneos [l] placet. quod ſic accipiendum eſt, vt licèt ad aliam rem ſint rogati vel collecti: ſi ta- D men ante teſtimonium certiorẽtur ad teſtamẽtum ſe adhibitos, poſſe eos teſtimonium ſuum rectè perhibere.

† Facit ad hunc.§.ca. literæ.in gl. 1.prope fin. extra de do na.

d *Sentiret.* adeo eſt obſcurum, vt non valeat: vt infra de rebus dub.l. ſi fuerit.Accurſius.

e *In nomine.* alio caſu quàm ſup. quia ſup. in nomine non errauit.

f *Poſſe.* ſcilicet ſine aliqua ſolennitate, ſecundum Azo.etiam coram duob⁹ teſtibus: vt.j.de aſſign.li.l.j.§. aſſignare. Sed ad quid fit,cum etiam ſine ea valeat, cũ de corpore conſtet: vt C.eo.l.ſi quis? Reſpon. vt ſit clarius:vt.j.eo.tit. l.ſi is. Itẽ quid ſi in corpore erraſſet:vt ĩ Eſau? ibi eſt in corpore erratum, licèt ſecus ibi fuerit ſeruatum. Reſpon. non valet:vt.j.de here. inſtit.l.quoties. & ideo ſolẽniter oportet quod fiat: ſed ſuperiori caſu valebat. Itẽ an idem in iudice vt poſſit declarare? Argu. quod ſic:vt.j. de re iudi.l. Paulus.& ſupra de in integ. reſtitu.l.diuus.&C.de fruc. & lit.expen.l. terminato.&.j.de app.l.ab executione.in princ. Item facit.j.de leg.j. ſi quis à filio.§. j. &. C. de fideicom.l.voluntatis.& infra de here. inſtitu.l.aſſe.& de leg. j. vnum ex familia. & de prætor. ſtipu.l.in prætoriis.

g *Significat.* ſic.ſ.ſi ſer. vin.l.ſi cui.§.ſed ſi quęritur.&.j. de condit.& demon.l.filiæ.§.à Titia. & ſupra de dona. inter vi.& vxorem.l.ſi donatæ.§.j.Sed argu.contra.j. de verb.ſig.l. lege. & facit.ſ.de arbi.l.qui tamen.&.C.de leg.l.ſi Fortidianum.in fi.&. j.de leg.iij.ille aut ille.§.j.

h *Sed & ſi notam.* id eſt,ſignum vel indicium aliquod qua re legatum vel legatarius agnoſci poſſit.Hug.

i *Patrisfamilias.* habita in loquendo:vt hîc, non in vtendo:vt infra de vi.tri.& oleo lega.l.iiij.quæ eſt contra.& facit ad hoc.j. de le.iij. l.nummis.& de reg.iu.l.ſemper in ſtipulationibus. &. l. ſemper in obſcuris.& de leg.j.l.ſi ſeruus plurium.§.fi.&.ſ.de vſur.l.qui ſemiſſes.& de pig.act.l.vel vniuerſorum.& C.de epi.audien.l.nemo. & infra de here. inſtit.l.qui non militabat.§.j.in fi.§.& ſupra de eden. l.ſi quis ex.§ initium.

k *Rogati.* ſic in authen.de teſti.§.ſed licèt. quæ eſt. C. de teſti.authen.rogati.Item ſic.ſ.de diuor.l.nullum.Sed ar.contra.C.de codi. l.fi.in fin. Sed aliud eſt in codicillis.Item argu.contra.ſ.de teſt.l.ad fidem.vt ibi not.H. ADDITIO Dic quod hîc eſt de caſibus in quibus debent eſſe teſtes rogati: licèt regulariter contra, vt in authen. rogati.C.de teſti.ſecundum Bart.hîc.

l *Idoneos.* ſic.j.de mili.teſta.l.diuus.

m *Actionis.* id eſt,actus:vt in authen.hoc ius porrectum.in prin.C. de ſacroſan.eccle.

n *Alienum.* niſi ex neceſſitate: vt.C.eo.l.caſus.&.l.cum antiquitas. & niſi ad abundantiam.abundans enim cautela non nocet: vt C. eo.l.teſtamenta.calefactio ergo cerę non eſt extraneus actus vel ſimilis. & hoc ſubiicit quòd pro ſed. & facit infra de verb. oblig. l. continuus. & de duobus reis.l.duos. in fi. & de adul.l.quod ait. & de vſucap.l.poſſeſſio.Item quid ſi in teſtamento dicam: vendo vel dono tibi rem talem pro centũ:& tu conſentis? Reſpon.valet venditio:vt infra de aſſi.lib.l.aſſignare.

Cautela abundans nõ nocet.

Vno contextu debet fieri teſtamentum.Bartolus.

Vno contextu † actionis [m] * teſtari oportet.Eſt autẽ vno contextu, nullum actum alienum [n] teſtamento intermiſcere. Quòd B ſi aliquid pertinens ad teſtamentum faciat, teſtamentum non vitiatur.

† Sic perſcrutatis votis ſingulorum in electione debet mox ſcrũtinium publicari:vt in. c. quia propter.cũ glo. ſuper verb.mox. extra de elect.vbi ad hoc allegãt præſentẽ.§.

* Flo. actus. ſed rectius actionis.

XXII. IDEM *libro trigenſimonono ad Edictum*,

AD teſtium numerum ſimul adhiberi poſſumus vt ego & pater, & plures qui fuimus * in eiuſdem poteſtate. [o]

* ſumus.

Tempore teſtamenti inſpicitur cuius conditionis ſit teſtis.Barto.

Conditionem [p] teſtiũ tunc in- C ſpicere debemus,cum ſignarent, non mortis tẽpore. Si igitur tunc cum ſignarẽt,tales fuerint,vt adhiberi poſſint: nihil nocet ſi quid poſtea eis contigerit. [q]

Teſtis poteſt ſigillare anulo teſtatoris vel alterius. Bartolus.

Si ab ipſo teſtatore anulum accepero,& ſignauero:teſtamẽtum valet, quaſi alieno [r] ſignauerim.

Si teſtator turbauit ſigna: non videtur ſignatum. Bartolus.

D Si ſigna [ſ] turbata ſint [t] ab ipſo teſtatore, non videtur ſignatum.

A *AD teſtium.*] CASVS. Ad teſt.Titij poſſumus eſſe teſtes ego & pater meus,& etiam fratres mei qui ſumus in poteſtate patris noſtri communis. Secundò dicit,quòd ſi teſtes ſunt liberi eo tempore quo teſta.ſignant,in ſcriptis factum valet teſt.etiam ſi efficiãtur teſtes ſerui poſtquã ſignauerunt ante mortem teſtatoris. Tertiò dicit, quòd ſi teſtator det mihi teſti anulum, cũ quo ſignare debeã teſtamentum ſuum,valet quod agitur, ac ſi alieno anulo ſignaſſem: de quo quidem nõ eſt dubiũ quin poſſim cũ alieno ſignare. Quartò dicit.teſta.in ſcriptis inceptum ſignauerũt teſtes, vt moris eſt:& ante illud teſt. completũ teſtator turbauit ſigna. certè nõ videtur ſignatum: & ita non valet. Quintò dicit, quòd in teſt. in ſcriptis oportet quod quilibet teſtis apponat ibi nomẽ ſuum, & quod ſignet teſta. & ſi alterum tãtùm facit, nihil agitur. Sed nunquid tãtum cum anulo debet ſignare teſtis, an & cum quodam ſigillo vel alia re vbi ſit ſignũ impreſſum? & videtur quòd ſufficiat ſignũ teſtis cum quo teſta. ſignat,eſſe impreſſum in quacunque re:quia variè homines ſignãt. ſed reſpond. hîc in contrarium: vt tantùm anulo ſignare debeat teſtis. ſ. qui anulus habeat characteres, id eſt, ſignum teſtis in ſe anulo formatum. Sextò dicit, quòd etiam de nocte poteſt ſignari teſt. per teſtes. Septimò dicit, quòd non ſolùm valet teſta.in ſcriptis factum ſi ſigna teſtiũ ſunt appoſita ſuper ipſa charta vbi eſt ſcriptum teſta. ſed etiam ſi ſunt impreſſa ſuper panno in quo ſunt inuolutæ tabulæ,id eſt,charta in qua eſt teſta.ſcriptum. Viuianus.

o *Poteſtate.* vt inſti.eo.§.pater.&.ſ.de teſtibus l.pater.

p *Conditionem.* ſint liberi vel ſerui.hoc enim eſt conditio: vt inſti. de iur.perſo.§.j.& dic verè vel putatiuè: vt.C.eo.l.j.Item an ſint aliàs habiles:vt.j.eo.l.cum lege. ſic & teſtantis: vt ſupra eo.l.ij.in eo cui relinquitur,tria tempora:vt ibi not.

q *Contigerit.* non tamen ſeruus factus teſtificabitur, nec infamis: quia tempore teſtificationis conditio teſtis inſpicitur:vt.ſ. de teſta. l.iij.circa princi.teſtamentum tamen permanet.ſed econtra ſeruus E tempore teſtamenti liber factus tempore teſtimonij non eſt idoneus:vt hîc.ſecus aliàs:vt infra de verb.ſig.notionem.§.inſtrumentorum. Item liber teſtificans,& ante aperturam tab.factus ſeruus, valet: vt.d.l.iij.ſ.de teſti. & facit.j.de au.& argen.leg. l. medico.in prin.& inſti. eo.§.ſed cum aliquis.&.ſ.de offi.præt.l. Barbarius.&. j.de pœ.l.j.&.j.de iniur.l.iniuriarum.&.j.de ſecun.tab.l.j.§.penul. Et no. arg. quod pubes factus non fert teſtimoniũ de eo quod ante vidit: ſed hîc exigitur idoneus tempore teſtamenti,vt valeat: & ſic vt ſit ſolenne.ſecus vbi veritas inquiritur.

Pubes fact⁹ non fert teſtimonium de eo quod ante vidit.

r *Alieno.* quod licet:vt inſti.eo.§.poſſunt.lino tamẽ proprio & cera:vt inſt.de pu.ſubſti.§.igitur.Sed dic vt ibi. Et no.quod quando conſtituo procuratorem,etiam alieno ſigillo poſſum ſignare.

ſ *Si ſigna.* teſtium.& dic plenè vt.C.eo.noſtram. Item contra inſti.eo.§.ex eo.&.C.eo.l.hac conſultiſſima.§.ſi quis.Solu.vt ibi.& facit infra de milit.teſta.l.in fraudem.§.fi.

t *Turbata ſint.* ante perfectum. ſecus ſi poſt: vt infra de iis quæ in teſta.

teſta.delen.l.j.§.ſed conſulto.

a Nomen ſuum. vt dicitur.j.l.pe.& facit. C.eod. l.ſi vnus. & de iis qui.vt indig.l.pe.&.ſ.de eden.l.j.§.penul.

b Anulo tantũ.hoc iure cauetur,ſed in cõſuetudine nõ habetur,vel ſub.ſignatorio,vt ſic excludat nõ ſignatoriũ:vt.j.de aur.& argento le.l.argẽto.§.ornamẽto. nõ autẽ alio ſigillo:maximè quia lex ſimpliciter dicit.C.de teſt.l.hac cõſultiſſima.in princ.& q teſt.fa. poſſ. l.hac cõſultiſſima.& facit. C. e. l.ſi vnus. & omnia ſunt rotũda.Nã ĩ anulo ideo fortè,quia primò imprimebatur p trãſuerſum, vt fieret circulus:poſtea in directo cũ charactere.hic enim erit circul⁹ in cera qui eſt in charta & circumquaq; inciditur cera:in quo rotũdo imponetur anulus cum charactere,& imprimetur,vt ibi fiant ſign.

c Nocte.C.de trã.l.nõ minorẽ:vt.ſ.de fer.l.more.

d Impreſſa.vt.C.e.l.hac cõſultiſſima.in princip. Sed ag.cõtra.j. quod vi aut clam.l.ſi alius.§.notauimus.&.ſ. pro ſoc.l. nã ſoci⁹.Acc. ADDITIO. Dic quod hìc in coherẽtibus:ibi in ſeparatis.qđ not.ſecundum Bar.hìc.

* Bato cenſet hìc deeſſe negationem,vt non tantum. ſed non probat, denique ſcriptura conſtans omniũ librorũ refragatur.

† Concor glo.in.c.cõſuluit. in gl. ſuper verb. edit lucem. in fi. de offi. dele.

S I teſtamentũ.] CASVS. Titius teſta.quod in ſcriptis fecerat,& quod teſtes clauſum ſignauerãt,aperuit:& eius Titij volũtate teſtes iterũ ſignauerũt.nunquid valebit?Et dicitur quòd ſic, & iure prætorio,& iure ciuili.Viuianus.

e Reſignauerit.i.aperuerit.ſic reſero,i.aperio.

f Signatũ.eius volũtate.

g Imperfectũ.licet enĩ reſerauerit vel reſignauerit,nõ induxit,nõ aboleuit nõ cãcellauit.aliàs ſec⁹ eſſet:vt.C. e.l.noſtrã. Et nota q facilius renaſcitur res,q̃ de nouo naſcatur:vt.j.de ſecũ.tab. l.qui ex liberis. §. teſtamẽto.&.ſ.de dona.inter vi.& vxo.l.cũ hic ſtatus.§ pœnitentia.

Renaſci facilius eſt q̃ de nouo naſci.

† Si quis poteſt impetrare plures literas ad lites ad cautelam. idẽ dicit gl.1. poſt princi. in. c. ex tenore. extra de reſcript.

h Prætorio.iure ciuili exigitur præſentia teſtiũ,iure prætorio numerus& ſigilla:vt inſtit.e.in princ.& ad hoc.j.de ſecũ.tab.l.j. §. plane.

V Num. CASVS. Hìc dicitur quòd faciens teſta.poteſt illud facere ſcribi in duabus chartis,ita quòd totum teſta.ſit in vnaquaque charta.Viuianus.

i Exemplis. impropriè,cum vtrunque ſit authenticum:vt.ſ.de fide inſtru.l.quicunque.dic ergo,id eſt chartis.& facit.j.de ſecun.tabu. l.j.§.ſi quis in duobus. & inſtit. eo.§.fi. & facit infra de auro & argen.lega.l.pediculis.§.Labeo.Accurſius.

S I is.] CASVS. Titius volens inſtituere ſibi heredes Seium & Sempronium,Gaium & Martinum,nuncupauit Seium & Sẽpronium ſolos,& obmutuit, ita quòd Gaium & Martinum nuncupare non potuit:nunquid nuncupati habebunt hereditatem? Et certè non:quia Titius non fecit teſta.ſed facere cœpit.

k Non futuros.imò videtur cõtra:vt.C eo.l.iubemus.§. quod ſi nõ fuerit.Solu.hìc nõ potuit alios inſtituere:vtpote mutus,ibi ſic.Vel hìc omiſit ſubſtitutos,ibi inſtitutos.quod nõ placet: vt hìc in fine. Vel verius dic vt ibi.Itẽ quid de legatis?Reſp.nõ valẽt: vt.C.de fideicom.l.eã quam. Nec ob.j.de codicillis.l. fi. quia ibi fuit plena voluntas, licet nõ ſcripta. aut enim eſt perfecta & non ſcripta: vt ibi.aut nõ perfecta,nec ſcripta: vt hìc.aut perfecta, & ſcripta: ſed deeſt,heres eſto:vt.C.eo.l.errore.& eodẽ modo fuit perfecta.j. de iis qui.vt indig.l.cum quidã.§.j.&.l.cũ tabulis.§.fin.Item hoc fallit inter liberos:vt.C.eo.l.hac cõſul.§.ex imperfecto.vel expone ibi,id eſt nõ ſolenni.Itẽ quid ſi illi inſtituendi erãt nõ capaces? videtur q nõ impediãt primos, cũ expreſſim nõ impedirẽt:vt.j.de lega.j.l.ſi duobus.§.j. ſed hæc lex videtur velle contra. & facit.j.eo.l. ex ea.& facit.ſ.famil.erciſcun. l.in hoc in iudicio.&.j. rem ra.hab.l.amplius. & de codicil.l.fin.§.j. & de iis qbus vt indi. l.penu. & ſ.de ĩoff.teſt. l.ſi mater.

Requirit ſignatio& ſubſcriptio: & alterũ ſine altero non valet.B.

Si quis ex teſtibus nomẽ ſuũ [a] nõ adſcripſerit, verũtamẽ ſignauerit: pro eo eſt atque ſi adhibitus nõ eſſet. & ſi, vt multi faciũt, adſcripſerit ſe, non tamen ſignauerit:adhuc idem dicemus.

Signari poteſt anulo, vel ſigillo,vel quouis alio ſigno.Bart.

Signũ autẽ vtrum anulo [b] tantùm impreſſũ adhibemus,an verò & ſi nõ anulo,verùm alio quodam impreſſo?variè enim homines ſignant.Et magis eſt vt * tantum anulo quis poſſit ſignare:dũ tamen habeat χαρακτῆρα. Poſſe † & nocte [c] ſignari teſtamentum,nulla dubitatio eſt.

Signatæ tabulæ dicuntur ſi eſt ſignatum quod eis adhæret. Bar.

Signatas tabulas accipi oportet & ſi linteo quo tabulæ inuolutæ ſunt,ſigna impreſſa [d] fuerint.

Si teſtamẽtum reſtauretur,ſufficiunt noua ſigilla cum ſubſcriptionibus primis.Bartolus.

XXIII. IDEM libro quarto Diſput.

SI teſtamentũ quod reſignauerit [e] teſtator,iterũ ſignatum [f] fuerit ſeptẽ teſtiũ ſignis: non erit imperfectũ, [g] ſed vtroq; iure valebit,tã ciuili,quàm prætorio. [h]

Vnum teſtamẽtum poteſt publicari in pluribus chartis.Bart.

XXIIII. FLORENTINVS libro decimo Inſtitutionum.

VNum teſtamẽtum pluribus exemplis [i] conſignare quis poteſt: † idq; interdũ neceſſariũ eſt:fortè ſi nauigaturus & ſecum ferre & relinquere iudiciorum ſuorum teſtationem velit.

Ex teſtamento non completo nihil debetur.Bartolus.

XXV. IAVOL. lib.quinto Poſteriorũ Lab.

A SI is qui * teſtamẽtum faceret, heredibus primis nũcupatis, prius quàm ſecũdos exprimeret heredes, obmutuiſſet: † magis cœpiſſe eum teſtamẽtum facere quàm feciſſe Varus Digeſtorum B libro primo Seruium reſpõdiſſe ſcripſit. itaq; primos heredes ex eo teſtamento non futuros. [k] Labeo tum hoc verum eſſe exiſtimat, ſi conſtaret voluiſſe plures eum qui teſtamentum feciſſet, heredes pronuntiare. Ego nec Seruium puto aliud ſenſiſſe.

Verbũ inteſtabilis,importat ne quis poſſit facere teſtamentum, nec eſſe teſtis in teſtamento, nec ei teſtimonium dicatur.Bartol.

XXVI. GAIVS libro vicenſimoſecundo ad Edictum Prouinciale.

C CVm lege [l] quis inteſtabilis † iubetur eſſe, eò pertinet, ne eius teſtimonium recipiatur: & eo amplius(vt quidam putant [m]) néve ipſi dicatur teſtimonium.

Scriptor teſtamẽti nõ prohibetur eſſe teſtis in teſtamento. Bar.

XXVII. CEL. lib.quintodecimo Dig.

DOmitius Labeo Celſo ſuo ſalutẽ. Quæro an teſtiũ numero habẽdus ſit is qui cũ rogatus [n] eſt ad teſtamẽtum ſcribẽdũ idẽ quoq; cum tabulas ſcripſiſſet D ſignauerit. [o] Iubẽtius Celſus Labeoni ſuo ſalutẽ:Aut nõ intellego quid ſit de quo me cõſulis, * aut valde ſtulta [p] eſt conſultatio tua. Plus enim quàm ridiculum eſt dubitare an aliquis iure teſtis adhibitus [q] ſit,quoniam idem &

* ſi quis cũ teſt.

C Vm lege.] CASVS. Aliqs fecit carmẽ famoſũ de Titio: & de hoc cõdemnatur: & ita iuſſus eſt eſſe inteſtabilis:vt.ſ.eo.is cui.§. fin.& de teſtibus.l. ob carmẽ. quæritur,quid cõtineatur ſub hoc verbo,inteſtabilis?& certè tria.ſ.teſta. facere nõ poſſit: itẽ q aliquis non poſſit ei teſtis eſſe in teſtamẽto ſi quod faceret. Item q ipſe repellat à teſtimonio ferẽdo pro aliquo. Viuianus.

† διακοπῇ τὴν φωνὴν voce deficere cœpiſſet. Græci.

l Cum lege. Pone exemplũ in dãnato crimine famoſo: vt. ſ. de teſti.l. ob carmẽ.itẽ in furioſo mente capto, & ſimilibus.ſecundum Ioan.

† De hoc vocabulo, inteſtabilis, vide hic Barto.& eundem in l.1. in fin. de ſu.& leg.here.

m Putant. & malè ſecũdum quoſdã:vel dic ab inuitis,ſed à volentibus ſic.Vel ſecundum Azo. dic in teſtamento tantùm.nam cum nõ poſſit teſtari,non poterit ei dici ab aliquo teſtimonium, ſed in cõtractib⁹ & iudiciis poterit ei dici teſtimonium, ne ius ſuum pereat.& ſic facit hæc lex ad titu. Vel ſecundum Hug.& R.fortè erit intelligendũ etiã in cõtractibus.ſed dices in tali qui de grauiori ſit crimine damnatus, ita q perdat libertatem vel patriam: & ſic nihil habet. & de talibus loquitur hæc lex. & ſic in teſtamento & in aliis.Eſt ergo aliud dicere,iſte nõ poteſt teſtari, (qualis eſt filiusfamilias, & ſimiles:& tamen ſunt teſtes)aliud quãdo præcipitur eſſe inteſtabilis: quia tunc tria importat,ſcilicet vt teſtamentum nõ faciat:vt.ſ.eo.l.is cui. §.fi. Itẽ nec ſit teſtis.Item nec alius ſibi: vt in hac. l. an autem poſſit capere,dic vt no.d.l.is cui.§.fina.& facit.ſ.de teſti.l.ſcio.&.C.de apo. E l.iij.Item videtur hìc q infamis nõ poteſt eſſe teſtis in teſtamento. ſed falſum eſt:quia & ſeruus,niſi conſtet apud omnes.Accurſius.

* Flo. conſuleris(forte conſuleris) aut validè.

D Omitius.] CASVS. Titius volens in ſcriptis facere teſtamentum vocauit ſex teſtes,& vnum qui teſtamentum ſcriberet; & teſtis eſſet:& ita adhibuit ſeptem inter ſcriptorem & teſtes: & fecit teſtamentũ.nunquid valet?& certè dicit Iuuentius Celſus interrogatus de hoc à Domitio Labeone q valet: & non bene curialiter reſpondit.Viuianus.

Infamis in teſtamento teſtis eſſe poteſt.

n Rogatus. de facto ad ſcribendum:quia non eſt neceſſe vt rogetur ad ſcribendum:ſed vt ſit teſtis rogabitur,vt ſubiicit. vel dic de iure vt teſtis:vt.ſ.eo.l.heredes.§.fina.Accurſius.

o Signauerit. vt teſtis.

p Stulta.mitius reſpon.C.de tranſactio.l.vt reſponſum.

q Adhibitus. ergo tabellio cõputatur in numero teſtiũ. ſic. C.qui teſta.facere poſſ.l.hac cõſul.§.ſed & quia.& facit. C.eo. cum antiquitas.§.fin.& in authen.de fide inſtru.§.ſed oportet.collat.vj.Sed

UNED

argu.contra in auth.de fide inſtru.§.ſed & ſi inſtrumenta. Sed ſpeciale in dictis caſibus: vt not.dicta. l. hac conſultiſſima. Item facit ſupra de pact.l.ſi plures.§.necnon & vnus.

Seruus.] CASVS. Titius volēs in ſcriptis facere teſtamētū, bene poteſt facere ſcribi per ſeruū etiam alienum,& valebit. Viuian.

a Non prohibetur. vt.C. eo.l.hac cōſultiſſima.in princi.&.l. iubemus. & in authē.ibi poſita.Nec obſtat.C.de tabula.l.generali.li.x. quia hæc nō eſt publica ſcriptura,[a] cum & ipſe teſtator poſſit ſcribere: ſed poſtea publicatur: vt. C. eo.l.ij.

a] No.quòd quamuis nō ſit publica, præſumitur tamen vera & ſolennis: niſi contrarium probetur.l. ſi poſt diem. & ibi Bal.C. de iu. & facti ign. ſed quo modo intelligatur, vide Paul.de Caſtr.in.l. ſerui electione. in fi. de lega.i.

Ex ea.] CASVS. Si aliquis vult facere teſtamentū, & illud facere incipiat: & in eo legata & fideicōmiſſa relinquat: & ipſum teſtamentum ſolenniter nō cōpleat: non ſolùm nō valebit inſtitutio heredis,ſed nec etiam legata & fideicōmiſſ.poſtea dictus Titius faciēs teſtamentum talia verba in eo inſeruit: legata & fideicommiſſ.quę reliqui in hoc teſtamento,volo dari ab omni herede meo, etiam ſi veniat ab inteſtato non valēte teſtamēto meo.certè etiā heres ab inteſtato veniēs præſtabit legata & fideicommiſſa.Viuia.

† male autē Haloander & Alex.vertūt teſtamētū & ita vertendo cauſam dubitādi tollunt.

† id eſt hāc diſpoſitionē volo eſſe ratā quoquo modo valere poſſit.

b Poſſe. vt.C.de codicil.l.fin.in princip.& de fideicōmiſſ. l. ſi veritas. &.C.eod.l.ſi vnus.&.ſ. eo.l.ſi is.&.C.de manumiſſ.teſt.l.ſ[illegible]. & infra de lega[illegible].xj.§.j.& infra de iure codic. l. j. Hugo.

c Ex his verbis.fortè talia erant in Græco,legata quæ reliqui & fideicommiſſa dari volo ab omni herede meo etiā ab inteſtato:vt. C.de fideicōmiſſ.l.eam quam.vel talia vt.j.de lega.ij.l.cum pater. §. filius. vel talia vt.C.de codicil.l.fina.Hug.Vel dic vt.j.de iniuſto teſtamē. poſtumus.§.fina.[b] Sed nunquid tota hereditas debetur ab heredibus venientibus ab inteſtato, inſtituto in tali non perfecta voluntate?Reſpon.ſic:vt arg.j.de iniuſto teſta. l. poſtumus. §. fina. & ad Trebell.l.ſi quis priore.nam& totum appellatione relicti continetur:vt in authen.de here.& Fal.col.j.§. & hoc quidē. Sed argu. cōtra.ſ.de inoffi.teſta.l.Titia.ſed ibi eſt ratio. ADDITIO. quia quaſi dementis reſcinditur voluntas.Cont.

b] nulla harū quatuor inter ſe rationum congruit Græcis hîc adſcriptis. vt liquet. Cont.

tabulas teſtamenti ſcripſerit.

Seruus poteſt iuſſu teſtatoris teſtamentum ſcribere.Bartolus.

XXVIII. MODESTINVS *libro nono Regularum.*

Seruus licet alienus, iuſſu teſtatoris teſtamentum ſcribere non prohibetur.[a]

B

Ex ſcriptura non lecta vel publicata coram teſtibus, non probatur teſtamentum.Bartolus.

XXIX. PAVLVS *libro quartodecimo Reſponſorum.*

Ex ea ſcriptura quæ ad teſtamentum faciendum parabatur,ſi nullo iure teſtamentū perfectum eſſet: nec ea quæ fideicōmiſſorū verba habēt,peti poſſe.[b]

Verba,ſi nō valet iure teſtamēti &c. importāt vt debeātur relicta veniētibus ab inteſtato. Bart.

C

Ex his verbis [c] quæ ſcriptura paterfamilias addidit, ταύτην τὴν διαθήκην† βούλομαι εἶναι κυρίαν ἐπὶ πάσης ἐξουσίας,* videri eū voluiſſe omnimodo valere ea quę reliquit,etiā ſi inteſtatus deceſſiſſet.

Hîc ponitur forma qualiter teſtis debeat ſe ſubſcribere.Bart.

XXX. IDEM *libro tertio Sententiarum.*

Singulos teſtes qui in teſtamēto [a] adhibentur,ꝓprio chirographo [c] adnotare cōuenit,quis, & cuius teſtamētum ſignauerit.

D

Verba prolata cauſa iactantiæ non inducunt diſpoſitionem.B.

Singulos.] CASVS. Teſtes qui adhibentur ad teſtamentū in ſcriptis faciēdum,debent in propria eorum ſubſcriptione in teſtamento facienda deſignare nomen ſuum,teſtium,& teſtatoris.

a Teſtamento. in ſcriptis.

c Chirographo.i.in propria ſubſcriptione in qua nomē ſuum & teſtatoris deſignetur:vt hîc,& quandoque nomen heredis ſimiliter: vt.C.eo.l.iubemus.apparet hîc quod non ſubſcribit vnus pro alio, niſi in teſtamēto ruſtici:vt.C.eo.l.fina.ſed fortè idem eſt nuncupatiuum,licèt ſcriptum.& facit.C.eo.l.hac conſultiſſima.§.fina. &.ſ. eo.l.ad teſtium.§.ſi quis.Accurſius Floren.

Eius.] CASVS.Si aliquis dicat inter vicinos ſuos: ego ſcribam imperatorem heredem, & poſtea decedat facto teſtamento vel non: imperator ſiue fiſcus non poteſt bona illius oceupare. Viuianus.

f Eius bona. & facit. C. de teſtament. l. nolumus. &. l. ex imperfecto.& inſtitu.quibus modis teſta. infir. §. fina. &. C. de caducis tollen.l.j.§.fina.Accurſius.

A

DE LIBERIS ET POSTVMIS HEREdibus inſtituendis vel exheredandis,vel præteritis.

*Poſt teſtamenta incipit de inſtitutione & exheredatione liberorum natorū & non natorum.ſed infra de heredibus inſtituendis generaliter de omnibus inſtituēdis dicit.& nota quòd dicit, præteritis,nō prætereundis: quia hoc faciendū non eſt:ſed inſtituēdi vel exheredandi: vt infra eo.l.antepenul.*

XXXI. IDEM *libro quinto Sententiarum.*

Eius bona [f] qui ſe imperatorē facturum heredē eſſe iactauerat,à fiſco occupari nō poſſunt.†

DE LIBERIS ET POſtumis heredibus inſtituendis vel exheredandis.*

TITVLVS II.

B

Id dicitur fieri nominatim, qđ ita exprimitur, vt de eo nequeat dubitari.Alexander.

I. VLPIANVS *libro primo ad Sabinum.*

Quid ſit nominatim [g] exheredari, videamus.Nomē [h] & prænomen [i] & cognomen [k] eius dicendum eſt, an ſufficit vel vnum ex his?[l] Et cōſtat ſufficere.[m]

C

Indefinita quæ non poteſt niſi ad vnum referri, orationi ſingulari æquiparatur. Alexander.

II. IDEM *libro ſexto Regularum.*

Nominatim exheredatus filiꝰ & ita videtur, *Filius meus exheres eſto.* ſi [n] nec nomen [o] eius expreſſum ſit,ſi modò vnicus ſit. nam ſi plures ſunt filij,[p] benigna interpretatione potius à pleriſq; reſpondetur, nullum exheredatum eſſe.[q]

D

Adiectio matris facit quem videri nominatim exheredatum: & adiectio cōuitij exheredationem non vitiat.Bartolus.

*Vt iuſtum ſit teſtamentū, non ſatis eſt adhiberi ſolemnia quæ expoſita ſunt titulo ſuperiore; niſi liberi & poſtumi heredes inſtituātur vel exheredentur. nam præteritio liberorum ſtatim iniuſtum teſtamentum facit, vel gradum eum partemve eā teſtamenti in qua præteriti ſunt,præteritio poſtumorum rumpit teſtamentum ſi naſcantur. Recte igitur & ordine additur hic titulꝰ, quo admoneamur in ordinādo teſtamento non ſolum maxime cauēdam liberorum & poſtumorum præteritionem eſſe, ſed etiam quemadmodum & qui ex his inſtituēdi ſint vel exheredandi.nec enim rite quidam exheredantur inter ceteros, nec rite inſtituuntur ſub condicione omni. non ſunt etiam omnes inſtituendi vel exheredandi ſed hi tantum qui ſui heredes futuri ſunt. Sui heredes ſunt liberi qui in familia proximum gradum tenent delatæ hereditatis tempore. Inſtitutio, datio hereditatis nulli alij ante delatæ quaſi poſitio heredis.Exheredatio,ademptio hereditatis debitæ vel datæ.Liberorū nomine ſignificantur hoc titulo, qui nati erant teſtamenti tempore, Poſtumorū qui nati ſunt poſt teſtamentum quaſi poſteriores nati liberi,vt ex notatione poſtumorum quam dedimus, intelligo ſatis cōſtare oībꝰ hodie. In indice additur non male,vel præteritis.Cuia.*

† Iuxta hoc æquiſſimum imperatoris Pertinacis edictum refert Iulius Capitolinus in eodem.

* add.in Indice titulorum.vel præteritis.

Vide Plato. lib.II.leg.

Quid ſi nominatim.] CASVS. Dicitur inſtit.de exheredatione lib.ꝙ filij debent à parētibus inſtitui vel nominatim exheredari,ad hoc vt teſtamentū eorum non ſit ipſo iure nullū. hæc ergo prima lex & ſecūda dicit planè qd ſit nominatim exheredare.Vi.

g Quid ſit nominatim.qđ erat olim opꝰ in maſculis,nō in fœminis. hodie cōtra.vt.C.eo.l.ſi.& inſtit.de exher.li.circa prīc.&.§.noſtra.

h Nomen.proprium.

i Prænomen. ab euentu.Accurſius.

k Cognomen. à cognatione.

l Ex his. ſcilicet tribus.

E

m Sufficere. etiam vnum,ſi modò per eum poſſumus eſſe certi: vt ſ.ſi cer.pet.l.certum.&,j.de here.inſtitu.l.quoties.in prin.Sed arg. contra.ſ.de tranſac.l.cum hi.§. ſi prætor. ADDITIO. Dic quòd ibi omittebatur aliquid in ſolennitatibus: hîc non erat neceſſe ꝙ poneretur niſi nomen tantùm quando ex illo redditur certa perſona,ſecundum Bart.hîc.

n Nominatim.Si. id eſt quamuis.vulg.etſi.

o Nomen. proprium.

p Filij. & dixit,filium meum exheredo.

q Nullum eſſe. propter odium exheredationis.[c] eſt enim odioſa:vt infra eod.l.cum quidam. ſecus vbi eſt fauor:[d] vt ſupra de teſta.tut.l.ſi quis ita.§.ſi quis filio. & infra de adimen. lega. l. iij. §.ſi duobus. & de leg. j. qui filiabus. §. j. & de lib.leg. l. ij.& infra de accep.l. pluribus.quæ ſunt arg.contra. ſed in eis eſt fauor: & ideo prorogandus:vt dicta. l. cum quidam. & facit ſupra de conſtitut. princi.l.fin.& facit ſupra de rei vindic.l.ſi in rem.§. licèt. &.§.& ſi veſtimenta.

c] Placet Bart.vnde in odioſis indefinita non æquipollet vniuerſali. P. Alexan. & Iaſ.

d] Expreſſo tamē nomine appellatiuo. Alexan. & Iaſ.

veſtimenta.& l.Pomponius.in fine.&.C.eod.l.iij. & infra de lega. j.l. filiusfamilias. §. diui. & de rebus dubiis. l. ſi fuerit. & infra de A manumiſſ.teſtamen.l.cum ex pluribus.[a] & ſupra de teſta.tu.l.duo. Accurſius.

a] ibi fuit expreſſum nomen proprium:& ſic concordat cum text. & idem in. l.ſequen.Alex.

III. Idem *libro primo ad Sabinum.*

ET ſi [a] pepercerit filium dicere, ex Seia [b] autem natum dixerit: rectè [c] exheredat. Et ſi cum conuicio dixerit, *Non nominandus*, vel, *Non filius meus, latro, gladiator:* magis eſt vt rectè exheredatus ſit: & ſi ex adultero [d] * natum dixerit. Purè [e] autem filiũ exheredari Iulianus putat. qua ſententia vtimur. B

Clauſula poſita inter vnum capitulum, ad illud tantùm refertur: ſed poſita inter plura capitula vel ante omnia vel poſt omnia, ad omnia refertur. Item exheredatio facta à certa perſona vel ſub conditione, non valet. h. d. vſque ad. §. ſi ita.

Filius inter medias [f] quoque heredum inſtitutiones rectè exheredatur: & erit à toto [g] gradu ſummotus, niſi fortè ab vnius perſona eum teſtator exheredauerit. [h] Nam ſi hoc fecit, vitioſa erit exheredatio: quẽadmodũ [i] ſi ita eum exheredauerit, *Quiſquis mihi erit * filius, exheres eſto.* Nam (vt Iulianus ſcribit) huiuſmodi exheredatio vitioſa eſt; [k] quoniã poſt aditam hereditatem voluit eum ſummotum: [l] quod eſt impoſſibile. Ante heredis inſtitutionem [m] exheredatus, ab omnibus gradibus ſummotus eſt. Inter duos autem gradus exheredatus ab vtroque remotus eſt, ſecundũ Scæuolæ ſententiam, quàm puto veram. In eo qui miſcuit duos gradus, exheredationem valere Mauricianus rectè putat, veluti, *Primus heres eſto ex ſemiſſe, ſi primus heres non erit, ſecundus ex ſemiſſe heres eſto, tertius ex alio ſemiſſe heres eſto, filius exheres eſto. ſi tertius heres non erit, quartus heres eſto.* Nam ab vtroque gradus ſummotus eſt. [n]

* Sic Flor. rectius quam adulterio, in manuſc. arg. l.15.j.eod.

* erit heres, fil. ex. & hæc lectio melior eſt q̃ Florentina hîc in textu excuſa.

C Teſtamentum poteſt incipere à gradu ſubſtitutionis vulgaris, ſi precedens gradus ſubſtitutionis erat nullus. Alexand.

Si ita teſtatus ſit paterfamilias, vt à primo quidem gradu filium [o] præteriret, à ſecundo

ET *ſi pepercerit.*] CASVS. In principio.l. dicit quòd rectè exheredatur filius à patre hoc modo: Ex Seia natum exheredo. & recte ſimiliter exheredatus videtur ſi cum conuitio eum exheredauerit. & de hoc ponit exẽplum. Item debet exheredari fili⁹ pure ad hoc vt teſtamentum nõ annullet. [FILIVS AVTEM.] Titius faciens teſtamentum inſtituit ſibi heredem Seium, & poſtea exheredauit filiũ ſuum: & poſtea inſtituit Caium, & poſtea ſubſtituit Sempronium Seio & Gaio. nunquid eſt recte exheredat⁹ filius? & dicitur quòd ſic, & erit à gradu inſtitutorũ exheredatus, non autem à gradu ſubſtituti. vnde gradus inſtitutorũ valebit, & nõ gradus ſubſtituti: quia ab eo gradu inuenitur præteritus. ſi autem retento eodẽ caſu ſit filius exheredatus hoc modo: A perſona Seij inſtituti filiũ meũ exheredo: nihil valet exheredatio: quia à certa perſona exheredari filius non poteſt: ſicut & in iſto alio caſu non valet exheredatio: quiſquis mihi heres erit, filius meus exheres eſto &c. quæ quidẽ exheredatio ſine dubio nihil valet, quia fuit facta ſub cõditione, & conditionalis exheredatio nihil valet: vt. ſ. proxim. §. & quòd fuerit facta ſub cõditione, patet. nam voluit filium eſſe exheredem ſi adita eſſet hereditas, & non aliàs. [ANTE HEREDIS.] Titius teſtamentum faciens ita dixit: Exheredo filium meum Seium, & inſtituo Gaium mihi heredem. & ſi Gaius heres non erit, ſubſtituo ei Sempronium. & ſi Sempronius heres non erit, ſubſtituo ei Scæuolam. D nunquid valet exheredatio filij? & dicitur quòd ſic, & ab omnibus prædictis gradibus eſt exheredatus. Sed quid ſi ita dixit teſtator: Inſtituo mihi heredem Seium, & filium meum exheredo. & ſi dictus Seius heres non erit: ſubſtituo ei Sempronium. nunquid ab vtroque gradu eſt exheredatus filius? & dicitur quòd ſic: & ſic valet vterque gradus. Item quid ſi ita dixit teſtator: Primus heres eſto in dimidiam hereditatis meæ. & ſi dictus primus heres non erit, ſecundus ex dicta dimidia heres eſto: & ex alia dimidia tertius heres eſto: filius meus exheres eſto. & ſi dictus tertius heres non erit, quartus ſit heres. nunquid eſt exheredatus ab vtroque gradu filius? & dicitur quòd ſic: vnde valet vterque. Item quid ſi ita dixit teſtator: Inſtituo mihi heredem primum: & ſi heres non erit, ſubſtituo ei ſecundum, & filium meum Titium exheredo. Item ſi dictus heres primus non erit, ſubſtituo ei & tertium, nedum ſecundum. nunquid erit exhere- E datus filius ab vtroque gradu, ſcilicet inſtituti & ſubſtitutorum, vt ſic vterque gradus valeat? Et dicitur quòd non: imò à primo gradu videtur filius præteritus: & ſic peremptus eſt ipſo iure idem primus gradus: & videtur exheredatus à ſecundo gradu: & ab eodem ſecundo gradu capit exordium & vires teſtamentum: & ſic ſubſtituti habebunt hereditatem, non autem inſtitutus, nec etiam filius, niſi primo agat querela inofficioſi teſtamẽti. Viuianus.

a *Et ſi pepercerit.* id eſt noluerit dicere.

b *Ex Seia.* vxore. aliàs inepta eſſet exheredatio: vt infra de verbo. oblig. l. quidam. Item vnus ex ea erat natus. aliàs contra, ſupra. l. proxi. Accurſius.

c *Rectè.* id eſt ſecundum ordinem iuris. ADDITIO. Impropriè ponitur ſecundum Alexan. & propriè exponitur in. l. ij ſupra de inoffi. teſta. Bart. Alexan. & Iaſ. in. l. lecta. ſ. ſi cer. pet.

d *Ex adultero.* valet exheredatio: licèt ſit contra infra de Carbo. A edic. l. j. §. idem ait cum quidam. contra. Sol. [b] illud verum quantum ad Carbonianum: ſed quantum ad hoc vt verè ſit exheredatus néc ne, diſtinguitur. aut credebat eum ex adulterio natum, & non erat: & tunc non valet: vt infra eo. l. ſi poſtumus. §. fina. ſi verò ſciebat filium, tunc valet: vt hîc. Item contra infra de lega. j. l. turpia. Solutio, hîc ſtetit in genere, ibi in ſpecie: quia talem hominem occidit: vt infra de hered. inſtituen. l. his verbis. §. j. & l. quoties. §. ſi quis. Item facit hîc ad finem ſupra de inofficio. teſta. l. ſi inſtituta. §. ei qui. Accurſius.

b] Placet Bart. ſed diſplicet Alex. Soſi. & Iaſ.

e *Purè.* non ſub cõditione: [c] vt infra de heredi. inſtitu. l. ſi quis Sẽpronium. in fin. &. l. iã dubitari. & infra de cõtra tabu. l. ſub conditione. niſi in caſu: vt cum filius inſtituitur ſub cõditiõe caſuali: & in defectum eius exheredatur: vt. C. de inſti. & ſubſtitu. l. ſi pater. & dicta. l. iam dubitari. Item in alio: [d] vt infra de ventre in poſſeſſio. mitten. l. j. §. ſed & ſi incertum. vel dic vt ibi no. Hug.

c] Etiam poteſtatiua. Bart. Pau. Alexan. & Iaſ.

d] Quia ibi in naſcituro hîc in iam nato. Bart. Pau. Alexan. & Iaſ.

f *Inter medias.* id eſt inter vnum inſtitutum, & alium inſtitutum: & ſic inter gradum. hoc caſu etiam loquitur infra. §. fina. & infra titu. j. l. iij. §. fina. non autem eſt hoc inter gradus: licèt quidam contra: vt. j. ti. j. l. pen. & infra eo. l. penul. ADDITIO. Dic quòd ad omnes gradus ibi non porrigitur: ſed ad illum circa quem ponitur porrigitur, ſecundum Bar. hîc.

g *Toto.* illo, non aliis gradibus quod dic: vt. j. tit. j. l. pe. §. penul.

h *Exheredauerit.* hoc adiecto: vt. j. de cõtra tabu. l. nõ putauit prætor. §. ſi ab vno. quod in dubio non erit credendum, vt quis eligat viam ad impugnanda ſua iudicia: vt. j. de mili. teſta. l. iij.

i *Quemadmodum.* in hoc eſt ſimile, quia vtrobique non valet exheredatio. Accurſius.

k *Vitioſa eſt.* vt eo gradu non obueniat tunc hereditas iſta: quippe conditionalis eſt: vt infra de vulga. ſubſtitu. l. qui liberis. ergo nulla: vt. ſ. proxi. §. dixi.

l *Summotum.* id eſt exheredatum eſſe, ſub conditione ſcilicet, ſi adiretur hereditas. ante ergo inueniebat ſe præteritũ: quare ipſo iure teſtamentum nullum eſt. Et nota quòd expreſſa nocent, nõ expreſſa non. nam hoc non expreſſò ita demum tenet exheredatio, ſi inſtitutus ſit heres: nec tamen hoc debet exprimi: vt hîc, & infra de here. inſtitu. l. ſi quis Sempronium. §. fin. & infra de contra tabu. l. penul. §. ſed cum exheredatio. Et eſt arg. j. de condi. & demon. l. nonnunquam. & de reg. iur. l. actus.

Expreſſa nocent, non expreſſa nõ.

m *Ante heredis inſtitutionem,* primus gradus eſt inſtitutorum, ſecũdus ſubſtitutorum: exheredatus ante omnes ab omnibus videtur E exheredatus: vt hîc, & idem ſi poſt omnes: [e] vt. C. eo. tit. l. j. Idem ſi inter primum & ſecundum gradum: vt in fine huius. §. ſi autẽ inter vnum inſtitutum & alium inſtitutum, vel inter vnum ſubſtitutum & alium ſubſtitutum, obtinet. ſ. eo. §. filius. & ſic eſt vis inter gradũ & gradus. ſ. plurale & ſingulare. Item nota quinque neceſſaria in exheredatione. Quòd nominatim eſt facienda: vt. j. l. proxi. Item purè. Item à gradu toto, non à perſona certa: vt ſupra hac. l. Item ab hereditate, non à re certa: vt. j. eo. l. cum quidam. Itẽ hodie cauſa eſt inſerenda: [f] vt. C. eo. tit. authen. non licet.

e] Reprobatur in text. ſecundum Bar. & Iaſ.

f] Itẽ quòd adeatur hereditas, ſecũdũ Pau. Ale. & Iaſ.

Exheredatio vt valeat quinque requiruntur.

n *Summotus eſt.* nam à primo eſt exheredatus poſt omnes gradus: à tertio eſt exheredatus inter gradus: & ſic bene dicit: vt patet per ſuperiora.

o *Filium.* iam natum. ſecus in poſtumo: vt infra titu. j. l. nam & ſi. §. fin. hoc ideo, quia poſtumus [g] non rumpit gradus, niſi demum natus. ante ergo quàm naſcatur, valet primus, & ſecundus pendet ex eo: quare primo vitiato per natiuitatem poſtumi, vitiatur &

g] Placet Bar. & Iaſ. licèt contra teneant. Bal. Pau. & Alex.

UNED

acceſſorium. ſed in iam natis ſecus: quia hic gradus à quo eſt præteritus, ſtatim eſt nullus. ſecundus ergo, vel etiam præcedens ex eo non pendet, ſed ex ſe ſumit vires. cum ergo ab eo gradu hic ſecundus non pendeat: meritò illo non valente, hic ſecundus non vitiatur. ſic & aliàs differunt: vt not. C. de liber. & poſthu. l. ij. & ad hoc infra titu. j. l. iij. §. ex his.

ſolo [a] exheredaret: Sabinus & Caſſius & Iulianus putant, perempto primo gradu teſtamentum ab eo gradu exordium capere, [b] vnde filius exheredatus eſt. quæ ſententia comprobata eſt.

Inſtitutio poſtumi trahitur ad omnem poſtumũ etiam ex alia vxore natum. Bartolus.

IIII. IDEM *libro tertio ad Sabinum.*

PLacet omnem [c] maſculum * poſſe [d] poſtumum heredem ſcribere, ſiue iam maritus ſit, ſiue nondum vxorem duxerit. Nam & maritus repudiare [e] vxorem poteſt: & qui non duxit vxorem, poſtea maritus effici. Nam & cũ maritus poſtumũ heredem ſcribit: non vtique is ſolus poſtumus ſcriptus videtur, qui ex ea quam habet vxorem, ei natus eſt, vel is qui tunc in vtero eſt: verùm is quoque qui ex quacumq; [f] vxore naſcatur. †

V. IAVOLENVS *libro primo ex Caſſio.*

IDeóque qui poſtumum [g] heredem inſtituit, ſi poſt teſtamentum factum mutauit matrimonium: is inſtitutus videtur, qui ex poſteriore matrimonio natus eſt.

a *Solo.* hoc expreſſo, vt quidam ponunt: ſic, Sẽpronium inſtituo: & ei Titium ſubſtituo, à quo filium meũ exhæredo: ſed certè exheredatio nulla eſt, [a] cum à perſona certa ſit exheredatus: vt ſupra ea. l. §. filius autem. Ponamus ergo cum facta eſt exheredatio inter gradum, quare videtur exhæredatus à toto & ſolo illo gradu: vt hîc, & ſupra eo. §. filius. not. ſecũdum Azo. Tu potes dicere vt à pſona non valeat nominando perſonam: at à gradu ſic: vt, à ſecundo vel à primo gradu exheredo: vt hîc, & infra. eo. ſi à primo. & l. ſi poſtumus.

a] Imò ſaluatur ſi vnus tantùm ſit ſubſtitutus. Pau. Alex. & Ia.

* Nam de ſolis maſculorũ poſtumis agitur in hoc tit.

b *Capere.* ſic econtra facere poteſt: vt. j. titu. j. l. pen. Azo. & j. eo. ſi à primo. facit ad hoc infra de vulga. ſubſti. l. ex facto. §. Lucius. & infra de contra tabu. leg. non putauit. §. à primo. & de heredi. inſtitu. l. ſi filius. & infra titu. j. l. nam ſi miles. & argu. infra de heredi. inſtitu. l. ſi is qui ſolet.

† Videbatur per hunc. §. quòd quãdo papa delegat cauſam nõ ſub nomine dignitatis, ſed ſub nomine proprio, quòd ſucceſſor illius poſſit cognoſcere: ſed non eſt ita: vt in ca. quoniã abbas. cũ. gl. I. extra de offi. dele.

PLacet.] CASVS. Iſtud eſt planum, ꝙ ſi aliquis maſculus facit teſtamentum, poſtumũ ſuum ſcribere debet heredem, vel exheredare ad hoc vt teſtamentum ſuum non rumpatur poſtea poſtumo nato, & ſe præteritum inueniente: vt. j. titu. j. l. iij. j. reſpon. Siue ergo aliquis habeat vxorem, ſiue non, & faciat teſtamentum, & timeat ne rumpatur propter aliquem ſuum poſtumum qui poſtea poſſet naſci, poteſt per hanc. l. in ſuo teſtamento ita dicere: poſtumũ meum, ſi quis mihi naſcetur, heredem ſcribo. & ſi vxorem habeat, & taliter ſcribat, vt dixi: non ſolùm videtur inſtituiſſe poſtumum ſi quis naſcetur ex vxo. quam habet tempore teſtamenti, ſed etiam illud quod naſcetur ex ſecunda vxore, mortua vel repudiata ea quam habet tempore teſta. Viuianus.

c *Omnem.* ſcilicet teſtantem.

d *Poſſe.* id eſt debere. [b] ſic. s. de qui. re. ad eun. iudi. ea. l. j. & ſubaudi, vel exheredare. aliàs natus præteritus rumpit teſtamentum: vt j. titu. j. l. iij. j. reſpon. ſecus autem in fœmina, quæ præteriri poteſt: quia eius præteritio valet pro exheredatione: vt inſti. de exhere. lib. §. mater. & j. eo. l. Gallus. §. nunc de lege. niſi vt. C. de inoffi. teſta. l. iij. vbi habetur pro inſtitutione. Accurſius.

b] Imò ſtat propriè ſecundum Ia.

e *Repudiare vxorem.* & ita efficitur non maritus.

f *Qui ex quacunque vxore.* No. mirabile propter fauorem inſtitutionis, & teſtamenti conſeruandi, & propter odium præteritionis, vt ita videtur. ad quod facit infra eod. l. cum quidam. & infra de verb. obli. quoties in ſtipulat. & de lega. ij. l. Titia. §. Lucius & ſupra eo. l. ij. & ſecundum hoc non ſunt contra, infra de verb. ſignifi. boues. §. hoc ſermone. & qui & à qui. l. matrimonij. & ſupra de iure dotium. l. dotis promiſſio. facta tamen exheredatio dicto modo, omnem poſtumum [c] comprehendit: vt infra titu. j. l. iij. §. pen. & facit infra de condit. & demon. l. hæc conditio. & l. filiæ. §. Titia. & ſupra quod metus cauſa. l. ſi mulier. §. quod metus. & infra de lega. ij. l. cum pater. §. pater. & infra de vulga. ſubſtitu. l. in ſubſtitutione.

c] Placet Ray. & Bart. licet contra teneãt Pe. & Bal. Pau. & Alex.

d] Diſplicet Alexan. & Ia. quia tũc exponetur, id eſt mihi naſciturum, licet placeat Areti.

g *IDeoque. Poſtumum.* ſimpliciter. aliud ſi dixerit, quem habeo, vel poſtumum meum, [d] vel ex tali fœmina naſciturum: vt. j.

eod. filius. §. ſi quis. & de auro & arg. leg. l. ſi ita. & s. de ſer. vrb.
A prædi. l. ſi ſeruitus. & facit. j. l. proxi.

SEd eſt quæſitum.] CASVS. Aliquis ſenex de quo non eſt veriſimile quod poſſit amodò generare, an poterit poſtumum ſuum heredem inſtituere? & certè ſic. nam ſi non habet vxorem, poteſt eam ducere, & deo faciente filios generare. Item poteſt adoptare ſibi filium poſt teſta. Item & ſpado qui habet vnum teſticulum, poteſt poſtumum inſtituere. Caſtratus autem non, ſed hermaphroditus in quo virilia præualent, ſi timeat ſuum teſta. rũpi, bene poteſt ſuum poſthumũ inſtituere heredem. Viuia.

Qui impeditur generare propter accidens, non impeditur poſtumum inſtituere: ſecus ſi à natura. Barto. & Alexand.

VI. VLPIANVS *libro tertio ad Sabinum.*

SEd eſt quæſitum, an is qui generare facilè non poſſit, [h] poſtumum heredem poſſit facere.
B Et ſcribunt Caſſius & Iauolenus poſſe. Nam & vxorẽ ducere, [i] & adoptare [k] poteſt. Spadonem [l] quoque † poſſe [m] poſtumũ heredem ſcribere, & Labeo & Caſſius ſcribunt: quoniã nec ætas, [n] nec ſterilitas ei rei impedimẽto [o] eſt. Sed ſi caſtratus ſit: Iulianus Proculi opinionem ſecutus, non putat [p] poſtumum heredem poſſe inſtituere. quo iure vtimur. Hermaphroditus planè, ſi in eo virilia præualebũt, [q] poſtumum heredem inſtituere poterit.
C

Teſtamentum ex quo impoſſibile eſt hereditatem adire de iure ciuili, primum teſtamentum non rumpit. Bartolus.

VII. PAVLVS *libro primo ad Sabinum.*

SI filius qui in poteſtate eſt, pteritꝰ [r] ſit, & viuo patre decedat, teſtamẽtum [ſ] nõ valet: nec ſuperiꝰ [t] rũpetur. [u] & eo iure vtimur.

h *Non poßit.* vt ſenex.

i *Ducere.* vt. C. de nuptiis. l. penul.

k *Adoptare.* vt ſupra de adop. l. ſi pater. §. fi.

l *Spadonem.* cuius eſt generalis appellatio: vt j. de verbo. ſignifi. l. ſpadonum.

† Vide Theophilũ inſt. de adopt. §. ſed & illud. & l. ſpadonum. j. de verb. ſignifi. & Theodor. Balſam. ad 21. 22. & 23. can. ſanctorũ Apoſtolorum.

m *Poſſe.* ſi ante genuit quàm eſſet ſpado: & erat in vtero. vel intelligitur [e] de eo ſpadone qui habet vnũ ſolum teſticulum, cui non obeſt ad generandum. vel intellige de eo poſtumo quẽ adoptauit poſtea, & non de legitimo & naturali. nam bene poteſt adoptare: vt ſupra de adop. l. j. §. illud. H.

e] Vterq; intellectus eſt reſtrictiuus ad tex. licet ſit verus in ſe, ſecũdum Ale. & Ia.

n *Nec ætas.* de qua prędixit: ſi quoquo modo poteſt generare, licèt difficulter: vt infra eo. ſi quis poſtumos. in principio.

o *Impedimento.* nam & contrahit matrimonium: vt ſupra de iure dot. ſi ſerua. §. fina. H.

D p *Non putat.* nam nec adoptare poteſt: vt inſtitu. de adop. §. ſed illud. nec contrahit matrimonium: vt. s. de iure dot. l. ſi ſerua. §. fi. & dicitur caſtratus, id eſt caſtè notus: qui propter ſui frigiditatem nec agere, nec generare poteſt. Spado qui cultello ex accidẽti amiſit, qui poteſt agere, ſed non generare.

q *Præualebunt.* aliàs ſi muliebria præualeant: tunc quia prægnãs eſſe poteſt, inſtituere poſtumum poteſt: [f] & ſecũdum hoc habeas maximè, & non abundat. vel dic quòd ſuperabundat: & verbum poterit, ponitur pro debebit. & ideo ſecus erit in muliere: quia ipſa non habet neceſſe [g] inſtituere vel exheredare: vt dixi. s. l. placet. aliàs eſt in litera, planè: & tunc ſimiliter dic poterit, id eſt debebit: [h] & plana eſt. & facit ad hoc ſupra de ſtatu homi. l. quæritur. & de teſti. l. repetundarum. §. j. H.

f] Placet Ia. licet diſplicere videatur Bal. & Pau.

SI filius.] CASVS. Titius fecit teſta. & inſtituit filium cum quibuſdam aliis: vel etiam eum exheredauit. poſtea fecit ſecundum teſta. in quo inſtituit alios: & dictum filium præteriit.
E nunquid rumpitur primum teſta. per ſecundum? Et dicitur, non: quia ſecundum nõ valet ipſo iure, cum in eo ſit præteritus filius in poteſtate teſtatoris exiſtẽs. & hoc eſt verum etiam ſi dictus filius moriatur viuo dicto ſuo patre.

g] Placere videtur Barto. Bald. & P. contra Iaſo.

h] Diſplicet, quia deſtruit textũ ſecundum Iaſo.

r *Præteritus.* in ſecundo teſtamento.

ſ *Teſtamentum.* ſecundum in quo fuit præteritus: vt inſti. de exhere. libe. in princip.

t *Superius.* primum in quo fuit exheredatus, vel cum aliis inſtitutus. Accurſius.

u *Rumpetur.* per hoc, in quo præteritus eſt filius. & hoc dicũt quidam verum, cum in primo erant inſtituti venientes ab inteſtato: [i] vt. C. de teſta. l. hac conſultiſſima. §. ſi quis. ij. reſpon. ſed alius eſt ibi caſus. Item & deficit ibi ſecundum ratione omiſſæ ſolẽnitatis: hîc ratione præteritionis. regulariter ergo teneas vt perfectũ non tollatur per non perfectum: vt. d. §. ſi quis. in princi. Sed videtur huic

i] Diuinas ſecundũ ſcriben. hîc.

huic.l.contra.inſti.quib.mo.teſta.infir.§.poſteriore.at ibi ſecūdum ab initio tenuit,hîc nullum fuit.Item cōtra infra titu.j.l.poſtumus. A ſed aliud eſt in poſtumo quàm in filio iam nato, & eſt ratio quam dixi ſupra eod.l.ij.§.fin.&.C.eo.l.iij.Item facit.j̃.titu.j.l.filio.&.j̃.de vulga.ſubſti.l.ſi quis.§.fi.

SI à primo herede.] CASVS. Titius faciens teſta.ita dixit: Primum inſtituo mihi heredē: & filium meum exheredo: & ſecundum inſtituo mihi heredem: & ſi primus & ſecūdus mihi heredes non erūt, ſubſtituo eis tertium.& ita filiū exheredauit inter gradū inſtitutorū: & à gradu ſubſtituti eū præteriit:& ita ipſo iure nō valet gradus ſubſtituti. poſtea deliberātibus inſtitutis vtrū vellent adire vel repudiare, dictus teſtatoris fili⁹ deceſſit, & poſtea deliberatione plenè habita per dictos inſtitutos repudiauerunt hereditatem.nunquid ſubſtitutus poteſt habere hereditatem?& videtur quòd ſic:quia quamuis ſuus gradus non valuerit ab initio propter præteritionem ab eo factam:tamen filius deceſſit antequam inſtituti repudiarēt. vnde mortuo obſtaculo ſubſtitutis & inſtitutis poſtea hereditatem repudiātibus, videtur ſubſtitutus habere debere:ſed non eſt verum: quia ſubſtitutio quæ ab initio fuit inutilis,non poteſt conualeſcere.Quod autem dixi in filio iam nato,& intra primū gradum exheredato,& à ſecundo gradu præterito: idem erit in poſtumo filio cui idem acciderit,& qui poſtumus natus fuerit viuo patre à quo exheredatus eſt à primo gradu,& qui poſtumus mortu⁹ eſt viuo ſuo dicto patre,& deliberantibus inſtitutis. nā inſtitutis prædictis repudiantibus heredi.nō habebit ſubſtiturus,cum ſuus gradus ipſo iure nō valuerit propter præteritionem poſtumi ab eo factā, nato ſcilicet poſtea poſtumo. & eſt ratio quare ſit idē in hoc caſu, quod eſt in primo caſu huius. l.quoniam cū natus ſit poſtea poſtumus filius,eſt loco eius filij qui ſuperſtes eſt tempore teſtamēti,de quo ſuperſtite dictū eſt in prin. l. Viuianus.

*Si à primo.

*ſecundum Iuliani ſentent.

* primo. quidā ſubſtituunt in locum illius dictionis, patre. ſed contra omnē ſcriptorum,lib.& Florentini archetypi fidem.

Filius iam natus rumpit ſpem eius gradus à quo præteritus eſt, incontinenti,poſtumus verò ſtatim cum naſcitur.Bartolus.

VIII. POMPONIVS *libro primo ad Sabinum.*

SI primo * [a] herede īſtituto filium exheredauero, à ſecundo [b] autem ſubſtituto non exheredauero: & dum pendet an prior [c] aditurus ſit, filius deceſſerit: ſecundum * ſentētiam qua vtimur, non erit ſecundus [d] heres,quaſi ab initio inutiliter inſtitutus,cum ab eo filius exheredatus non ſit. Quòd ſi in poſtumo filio idem acciderit, [e] vt natus viuo patre * à quo exheredatus B ſit, moriatur, eadem dicenda erunt de ſubſtituto:quoniam cum eſt natus [f] filius,loco eius eſt qui ſuperſtes eſt.

a *Si à primo.* dic,inſtituo Titium,filium exheredo.inſtituo Seium. ſi inſtituti heredes non eſſent, ſubſtituo Sempronium.& ſic exheredatio eſt intra gradum: vt ſupra eod.l.iij.§.fina.& quod dicit,ſi à primo,dic, id eſt inſtitutis [a] primo gradu.nec ob.ſupra eo.l.iij.§.filius.vel dic,primo herede,id eſt,primo gradu,in genere loquēs.ſed alij dicunt expreſſim ab vno gradu poſſe exheredari: vt not.ſupra eo.l.iij.§.filius. pro quibus eſt hæc lex. & dicunt primum & ſecundum eſſe propria nomina. Accurſius.

a] Placet Bart.& P. diſplicet Ale.& Ia.

b *A ſecundo.* ſcilicet gradu,ſubandi, &c.

c *Prior.* id eſt,inſtituti in primo gradu.

d *Non erit ſecundus.* id eſt,inſtituti in ſecundo etiam non accipientibus primis inſtitutis. Accurſius.

e *Id acciderit, vt natus.* falſum dicit: quia non fuit dictum, ſcilicet quòd filius viuo vel nō viuo patre moriatur.vnde dic idem,ſcilicet vt ſit exheredatus tātùm à gradu primo,& non à ſecūdo, & quod ſubiicit vt,pone pro &: [b] & ſic non expoſitiuè.& quod dicit viuo patre,determinet natus,non verbum moriatur: quia mortuo patre,& dum heredes inſtituti deliberant,hic moritur.ſecus autem ſi patre viuo: quia teſtamentum valet iure prætorio:vt.j̃.ti.j.l.poſtumus.Item poſt mortem huius heredes repudiant,& non admittūtur ſubſtituti:vt hîc dicit,& infra eod.l.ſi poſtumus.ij.reſpon.

b] Vt,dictio modalis.no. in rub.C.de his quæ ſub modo.Bar. in.l.1.8.col. in fi.de cōdit.&demō. & quo modo ponatur, vide ad longū in Spec in tit.de alleg. & diſputat.§.vlti.

f *Cum natus eſt.* non prius, fauore teſtamenti. aliàs autem habetur pro iam nato:vt ſupra de ſta.ho.l.qui in vtero. Item quod dicit ſupra proxi.quaſi ab initio, &c. eſt ſic infra de reg. iu. l. omnia.& l. quę ab initio.&.C.de leg.& con.l.non dubium.&.j̃.de vulga.ſubſti.l.ſi quis.in fi.& infra tit.ij.l.pe.§.fi.&.C.eo.l.j.&.ij.

SI quis poſtumos.] CASVS. Titius fecit teſta.& inſtituit ſibi certos heredes:poſtea fecit ſecūdum teſta.cum valde eſſet ſenex,vel in magna infirmitate poſitus,ita quòd nō erat veriſimile quòd amodo de facili filios generaret.& in hoc ſecūdo teſta.dixit, poſtumos meos inſtituo mihi heredes.nunquid rumpitur primum teſta.per ſecundum?& videtur quòd non:quia in ſecūdo ſunt inſtituti tales de quibus non eſt veriſimile quod naſcātur.ſed certè bene rumpitur.& eſt ratio,quia ſpectare debemus poſſibilitatem naturæ quātum ad generandum,& etiā conſuetudinem generandi,& non vitium quod habet teſtator propter tempus, i. propter ſenectutem: & non infirmitatem ſimiliter:propter quæ duo abdicatur homo à generandi facultate. nam multi ſunt & fuerūt de quibus non ſperabāt vicini eorū quòd amplius haberēt filios, propter ſenectutem vel infirmitatem,& tamen habuerunt deo faciēte. ſi autem in ſecundo teſtamēto inſtituiſſet ſibi heredem poſtumū ſuū qui naſceretur ex vxore Sempronij ſtāte matrimonio cū Sempronio: talis inſtitutio eſt turpis, & non valet: & ideo non rumpitur primum teſtamētum. [SI FILIVM.] Titius habēs filium, & ex eo nepotem, & vtrunque in poteſtate ſua,fecit teſtamētum, & inſtituit ſibi heredem quendam extraneū: & filiū exheredauit:nepotē præteriit. poſtea deceſſit Titius. deliberāte autē poſtumo inſtituto vtrum adiret vel non, deceſſit filius. poſtea inſtitutus hereditatem adiuit.nunquid nepos prædictus præteritus rūpet teſtamētum,& auferet hereditatem inſtituto ipſo iure? Et videtur ꝙ C ſic, quòd mortuo Titio auo & antequā adiret inſtitutus, filius deceſſit.vnde nepos remāſit immediate ad auum mortuum,& inuenit ſe ab eo præteritum, & ſic videtur teſtamentum ipſo iure non valere.ſed certè non rumperet: quia tūc demum rumpit aui teſtamētum,cum viuo auo moritur filius,& nepos remanet immediatè ad auum viuum,& inuenit poſtea ſe ab eo prçteritum.Sed quid retento eodem caſu ſi filius capiatur ab hoſtibus viuo auo,& viuo vel non viuo dicto auo apud hoſtes decedat filius? nunquid nepos prçteritus ab auo vt dictū eſt,rumpet ipſo iure teſtamētum aui? Et dicitur ꝙ ſic. fingitur enim filius mortuus prima hora captiuitatis: & ſic ab hora captiuitatis filij vſque ad mortem aui fingitur nepos fuiſſe immediate ad auum. vnde non eſt mirū ſi inueniēs poſtea ſe prçteritum rumpit teſtamentū.Sed pone retēto eodem caſu quòd Titi⁹ auus deceſſit relicto filio exheredato in ciuitate,& relicto nepote præterito.filius autem cum poſſet agere cōtra inſtitutum qui adiuit hereditatem,& querelam inofficioſi teſtamenti contra eum D intentare,repudiauit illam querelam,& deceſſit:nūquid nepos rūpit teſtamentum?& certè non valet ipſo iure propter præteritionē de ſe factam, neque per querelam inofficioſi teſta.& ita nō eſt ruptum teſta.in hoc caſu,ſicut eſt ruptum in ſuperiori caſu, cum fuit filius captus ab hoſtibus,& ibi mortuus. Sed retento eodem caſu quid ſi auus moriatur,& poſtea filius,& poſtea inſtitut⁹ ab auo repudiet hereditatē? certè erit nepos legitimus heres aui,quia verba. l.xij.tab.quæ ſunt inſtitu.de here.ab inteſt.in prin.& in quibus cōtinetur, ſi aliquis inteſtatus mortuus ſit, veniant heredes ab inteſt. &c. non tantùm referuntur ad tempus mortis teſtatoris,ſed etiam ad tempus quo heres inſtitutus à teſtatore repudiauit hereditatē: & ſic ſiue decedat filius Titius nō facto à ſe teſtamento,ſiue facto, ſed poſtea reſtituto,ſemper videtur ab inteſtato decedere. Quāuis autem dictū ſit in verſi.diuerſumq; eſt,&c. quòd per quaſi poſtumum. i. per nepotem iam natum, qui inuenitur immediatus ad auum,rumpitur teſt.in quo ipſe eſt præteritus:tamē per verum poE ſtumum in ſecundo teſta.inſtitutū non rumpitur quandoque primum teſta. veluti quando teſtator inſtituit ſibi heredē in ſecundo teſta. illum poſtumū qui naſcetur ex illa muliere quā ducere vxorem ſit nefas,puta quia ſit monacha,vel cōſanguinea teſtatoris.bene autē rumpetur primum teſt.ſi in ſecundo inſtituatur ille poſtumus qui naſcetur ex ſorore adoptiua teſtatoris:quia poteſt euenire ꝙ teſtator eā habebit vxorē,puta ſi adoptio diſſoluatur.Viuianus.

Qui poteſt habere poſtumum naturaliter, licèt cum difficultate: ſine expectatione triſtis euentus, vel ſine turpitudine poteſt poſtumum inſtituere. ſecus ſi inſtituat poſtumum quem habere non poteſt ſine turpitudine, vel expectatione triſtis euentus.

IX. PAVLVS *libro primo ad Sabinum.*

SI quis poſtumos, quos per ætatem aut valetudinem habere fortè non poteſt, [g] heredes

g *Non poteſt.* facilè.ſi tamen eos habebit,habebūt hereditatem.vel intelligo inſtituiſſe nepotes ſuos qui non inſtituti rumperēt teſtamentum:vel poſtumos.i.filios quos adoptauit:quia & hi loco poſtumorū ſunt: vt infra ti.j.l.poſtumorū.& inſt.quib.mo.teſt.infir. in prin.& ſecūdū hos duos intellectus.verbū quos,facit ſimplicem relationem.ſic.C.de iniu.l.dominum.Sed ar.cōtra ad tertium.j̃.de condit.& demon.l.fideicommiſſum.& de lega.ij.ſi ita quis.§.fi.ſed hoc ne rumpatur teſtamentum. Item quid ſi nullus hîc naſcitur?



UNED

Reſpon. primum rumpitur per.l.iſtã:quãuis ſecũdum non habeat heredem : vt.j.tit.j.l.cum in ſecundo.ſed quidam dicũt non rumpi teſtamentum primum, niſi nato poſtumo:quod eſt contra hanc.l. ibi,quòd natura,&c.& quia hîc dicit,rumpitur. Item quid ſecundum primũ caſum ſi nullos omnino habere poterit? Reſp.nec primum rumpitur,nec ſecũdum valet: vt.s.eo.l. ſed eſt quæſitũ.§.j.&.ij.

a *Superius.*fecerat ergo duo teſtaméta. in ſecũdo heredes inſtituit poſtumos, de quibus hîc dicit. certe primum teſtamẽtũ rumpitur per ſecundum : vt hîc,quia natura,&c.

* abdicatur.

b *Quod.* id eſt,quia.

c *Natura.* id eſt, poſſibilitas naturæ.

Cõſuetudo eſt altera natura.

d *Cõſuetudo.* generalis, quæ eſt altera natura.

e *Facultate.* id eſt,facilitate.Accurſius.

f *Poſtumum.* vt ſuũ. & eſt ſic.j. eo.l.pe.ſed cõtra in vlti.reſpon.Solu. ibi iure ciuili erat matrimonium prohibitũ: hîc naturali. Item contra.j.eod.l.filius.§. pen. Sol.vt ibi. Itẽ contra.j. eo.l.poſtumũ. Sed ibi vidua : hîc alij nupta. Vel pone in poſtumo alieno : ſed tunc hodie corrigitur : vt inſtit. de bo.poſ.in prin.

g *Teſtamẽtum.*quia nec ex.l.xij.tabu. cum alius mortis tempore præcedebat:vt inſti.de hered. ab inteſta. §. ita demũ. nec ex.l.Velleia.ſecus ſi filius eſſet mortuus auo viuo:vt.j.titu.j.l.poſtumorum.§.j.& inſtit. de exhere.libero. §. poſtumorũ.&.C.eo.l.ij.Item

inſtituit,ſuperius [a] teſtamentum rumpitur : quòd [b] natura [c] magis in homine generandi,& conſuetudo [d] ſpectãda eſt, quàm temporale vitium,aut valetudo propter quam abducatur * homo à generãdi facultate.[e] Sed ſi ex ea quæ alij nupta ſit, poſtumum [f] quis heredem inſtituerit: ipſo iure non valet:quòd turpis ſit inſtitutio.

Qui tempore mortis teſtatoris non tenebat primum locũ in ſuitate:licèt poſt mortem tenere incipiat, non rumpit teſtamentum vt ſuus,licèt ſit præteritus,niſi fingatur tenuiſſe primum locum in vita teſtãtis: poteſt tamen vt ſuus ab inteſtato ſuccedere,ſi reperiat ſe tenere primum locum tempore quo aperitur via cauſæ inteſtati:quanquam poſt mortem teſtatoris hoc contingat. Alex.

Si filiũ exheredauero,nepotẽq; ex eo præteriero,& aliũ heredem inſtituero : & ſuperuixerit filius poſt mortem meã:licèt ante aditam hereditatem deceſſerit, non tamẽ nepotem rupturũ teſtamẽtum [g] Iulianus & Pomponius & Marcellus aiũt.Diuerſumque eſt ſi in hoſtiũ poteſtate filius ſit, & deceſſerit [h] in eodem ſtatu. Rũpit enim his caſibus [i] nepos teſtamentum, [k] quòd moriente [l] auo fili * ius pependerit,[m] † non abſciſum, [n] vt ſuperiore caſu, [o] fuerit.[p] Sed & ſi heres inſtitut[q] omiſerit [r] hereditatẽ,erit legitimus [f] heres : quoniam hæc verba, [t] *ſi inteſtato moritur:*ad id tempus referũtur, quod * teſtamẽtũ deſtituitur, [u] non quod * moritur. Sed ſi ex ea [x] quam nefas ſit ducere, poſtumum heredem inſtituero : non putat rumpi teſtamẽtum [y] Pomponius. Sed ſi per adoptionem ſororem factam habeam, potero poſtumũ ex ea heredẽ inſtituere:quia ad optiõe ſoluta poſſum eã ducere [z] vxoré.[a]

hoc verũ eſt,vt præteritus:ſed per querelam ex perſona patris agere poteſt hodie:vt.C.de inoffi.teſt.l.ſancimus.in fi.&.l.ſi quis filium. Item nec contra tab.habet hic nepos:vt.j.de cõtra tabu.l.illud.§.j.

h *Deceſſerit.* in captiuitate poſt aditã hereditatem ab inſtituto vel ante. Accurſius.

i *His caſibus.* id eſt, hoc caſu,vel,id eſt, talibus caſibus.ſic ſupra de rei vin.l.in rem.§.in omnibus. Accurſius.

k *Teſtamentum.* quia hic filius qui viuente patre eſt captus,etiam ſi poſt mortem ſui patris moriatur,fingitur tamẽ ex.l.Cor.deceſſiſſe ea hora qua captus eſt:vt inſti.qui.nõ eſt permiſ.face. teſta.§.fi. vnde ex.l.Velle rumpit nepos teſtamentum.& facit infra eo.l.pe.

l *Quod ſi moriente.*vel habeas ſi,vel ſub.& dic moriẽte,id eſt,mortuo:vt.C.de epiſ.&cle.l.nulli.§.ſin autem perſona.ibi,oritur:id eſt, ortus eſt.&.s.de neg.geſt.l.iij.§.hæc verba. & eſt illud ideo, quia eo viuo nulla eſſet repudiatio:vt.C.de inoffic.teſt.l.ſi quando.§.illud. Item dic quòd repudiauit poſt aditam hereditatẽ : quia ante nulla eſſet repudiatio : vtpote nec nata querela: vt.s.de inoffic.teſta.l. Papinianus.§.ſi conditionem. Accurſius.

m *Pependerit.* aliàs repudiauerit:aliàs pependerit:id eſt repudiauerit,ſcilicet querelam.

n *Non abſciſum.* ſcilicet erit teſtamentum. & non eſt dicendum vt rumpatur teſtamentum. aliàs exponitur abſciſſe,id eſt,indiſtinctè: vt infra de iure immu.l.ſemper.§.ij. Accurſius.

o *Superiore caſu.* cum deceſſit in captiuitate filius.& eſt ſimilitudo per contrarium.vel referas ad primum:& eſt certa ſimilitudo.

p *Fuit.* aliàs fuerit,vt ſit præteritum coniunctiui pro præterito indicatiui:id eſt fuit.Item nec habet hic querelam:vtpote à parte repudiatam:vt.C.de tranſac.l.cum mota.

q *Inſtitutus.*in teſtaméto in quo fuit filius exheredatus,nepos præteritus:vt in prin.huius.§.

r *Omiſerit.* id eſt, repudiauerit,eo ſcilicet caſu quo adire potuit:vt ſupra proxi.& in prin.huius §. in medio autem cum adire nõ poſſit,vtpote teſtamẽto rupto,nec repudiare poteſt:vt infra de acqui. here.l.is poteſt. Quid autem ſi adiuit primò?Et hoc tertio caſu habet nepos querelam ex perſona patris : niſi pater eam repudiauit: vt prædixi.

f *Legitimus heres.*ſcilicet nepos,& ſuus:vt & inſti.de here.ab inteſt. §.cum autem quęritur. Azo.

t *Hæc verba.* ſcilicet legis.xij.tabu.vt inſtit. de here.ab inteſt.in prin.

* fili,pro filij. vide Anto. Aug.lib. emen.j.ca.7.

u *Deſtituitur.* repudiatione. ſic ergo hic nepos ſuccedit ab inteſtato vt ſuus : non rumpit teſtamentũ vt ſuus.hoc ideo, quia filius præcedebat tempore mortis. nam vt quis rumpat, oportet quòd tempore mortis nullus eũ præcedat. Sed ad hoc vt ſit ſuus ab inteſtato, oportet quòd fuerit in poteſtate teſtatoris tempore mortis. hic autẽ non quæritur:niſi cum certum fuerit nullum ex teſtamẽto heredem eſſe:& hoc ideo,quia donec eſt locus ſucceſſioni ex teſtamento, non patet locus ab inteſtato:vt infra de acqui.here.l. quãdiu. & facit ad hunc. §. infra titu.j. l. ſi quis filio.in princip. & inſtitu.de hered. quali. & differ. §.ſui.& de leg. agn.ſuc.§.proximus. & infra vnde libe.l.ſcripto herede. & de ſuis & legi.l.j.§.ſciendum.

† propter ius poſtliminij §.ſi ab hoſtibus. quib. mo. ius pat.pot. ſol.Inſti.

* quo

* quo

x *Sed ſi ex ea.*rumpitur teſtamentum per quaſi poſtumũ præteritum : vt.s.proxi.ibi,diuerſum eſt &c. ſed quandoque non rumpitur etiã per poſtumum:vt hic.

Qui prouidet ſibi in vno caſu, nõ videtur in alio caſu omiſſo ſibi prouidere: & prouiſio ſimplex ad omnes caſus refertur. Alex.

x. Pomponius *libro primo ad ſabinum.*

Commodiſſimè is qui nondũ nat[9] eſt, ita heres inſtituitur, *Siue viuo me ſiue mortuo natus fuerit,heres eſto.* aut etiã purè, [b] neutrius temporis habita mentione. Si alteruter [c] caſus omiſſus fuerit : [d] eo caſu qui omiſſus [e] ſit, natus rumpit teſtamentum : [f] quia hic filius nec ſub conditione quidem ſcriptus heres intelligitur, qui in hunc caſum neſcitur.

y *Teſtamentum.* ſcilicet primum,cum hoc ſit nullum:vt hîc, &.s.e. l.j.§.j.&.l.ſi filius.Sed contra.j.eo.l.ſi filius.§.pe.Sol.vt ibi.

z *Ducere.*puta monachã,vel ſcenicam,vel arenariam.H.ſed malè: vt.C.de nup.l.imperialis.&.j.prox.§.idem in conſanguinea pone.

a *Vxorem.* vt ſupra de ri.nup.l.per adoptionem. & inſt. de nup. §. ſed ſi qua. & infra de verb.oblig.l.ſi ſtipuletur. nec inciuile eſt caſum emancipationis expectare : licèt ſit inciuile expectare caſum diuortij:vt ſupra ea.l.§.j.quæ eſt contra.& alium caſum &c. vt infra de verb.oblig.l.inter ſtipulantem.§.ſacram. item hîc eſt prohibitio de iure ciuili:ibi de iure naturali ſicut & ſupra proxi.reſpon. vbi dicit nefas:quod ad ius naturale refertur : vt.s. de iuſti.& iur. l.j.§.fi.&.l.vt vim.&.j. de adult.l.ſi adulterium cum.§.j. Item facit infra eod.l. filius.§.pe.quia ibi non eſt licitum expectare eam fieri nubilem vel liberam.

Commodiſſimè.] Casus. Si aliquis faciẽs teſtamentum timeat ne per poſtumum ſuum rumpatur teſta. poteſt commode poſtumum ita inſtituere, poſtumus meus ſit mihi heres ſiue naſcatur me viuo, ſiue me mortuo. ſed & neutrius prædictorum temporum habita mentione poteſt eum inſtituere. vnde natus poſtea poſtumus non rumpet teſta. cum non inueniat ſe præteritum,imò inſtitutum.Quid ſi ita poſtumum inſtituit teſtator, inſtituo mihi heredem poſtumum ſi me viuo naſcetur. & poſtea poſtu. naſcatur mortuo teſtatore? certè rumpit teſt. quia inuenit ſe præteritum : & quantum ad caſum qui eſt omiſſus in inſtitutione nedum purè,ſed etiam ſub condit.non videtur inſtitutus. Vi.

b *Pure.*hoc eſt neutrius.

c *Alteruter.* id eſt vnus.

d *Fuerit.* quia dixi,ſi me viuo naſceretur.aliud ſi me mortuo omiſi:ſi naſcatur me mortuo,rumpit teſtamentum:& econuerſo.

e *Qui omiſſus.* aliàs qui:aliàs quo.

f *Rumpit teſtamentum.*ſcilicet in hunc caſum quo eſt omiſſus. Sed contra

contra.C.eo.l.fi. Solu.hoc corrigitur. Vel ibi ſunt duo caſus alij ab iſtis: vt ibi patet, quibus interpretatur.l. illa ita valere, ſi naſcatur A in vita, ſicut & poſt mortem, niſi contrarium appareat: vt & aliàs. infra de here.inſti.l.ij.in princ.&.j.eo.l.ſi ita.j. reſpon. &.C. de inoffic.teſt.l.iij.de morte ergo ideo poſuit, quia credebat ibi eum naſciturum poſt mortem: vt infra ad Treb.l. mulier. Item arg.cõtra.ſ.de condic.ob cau.l.ſi extraneus.[a] Sed dic vt no.ſ. ſolu. matri.l.ſi cum dotem in princ.& facit infra de ven. in poſ.mit.l.j.§.ſed & ſi quis ventrẽ. & infra de vulg. ſubſti. l. ſi pater filiũ impuberem.in prin.& infra.eo. l.poſtuma. Sed ar.cõtra j.eod. l. filio.[b] in fi. & inſti. pro ſoc. §. illud. ADDITIO. Dic quod ibi caſus omiſſus cõtinetur ſub expreſſo ex cõſequentia neceſſaria. hîc ſecus ſecundum Barto. Pau.Alexand.& Iaſo.

* cõprehenſus.

a] Imò non eſt cõtra. ſed cõcordat cũ iſta ſecundũ Alexã.& Ia.

b] Ibi ꝑ adiectionẽ nouæ qualitatis nõ mutatur ſubſtantia certæ ꝑſonæ ſub nomine ꝓprio inſtitutæ. Pau.Alex. & Ia.

tur, qui non eſt teſtamento deprehenſus. *

Filius in poteſtate patris ſuccedens ex teſtamento vel ab inteſtato, non dicitur nouum dominium acquirere: ſed illud quod habebat in vita patris, continuare: & acquirere dicitur ſolùm nouam adminiſtrationem, quã non ipſe ſed pater in vita habebat: licèt poſſit exheredari. Alexan. B

XI. PAVLVS *libro ſecundo ad Sabinum.*

IN ſuis heredibus euidentius [a] apparet cõtinuationem [b] dominij eò rem [c] perducere, vt nulla videatur hereditas fuiſſe: [d] quaſi olim hi domini eſſent, qui etiam viuo patre quodãmodo [e] domini exiſtimantur. vnde [f] etiam filiusfamilias [g] appellatur, ſicut paterfamilias: ſola nota hac adiecta, per quam diſtinguitur genitor ab eo qui genitus ſit. Itaque poſt mortem patris non hereditatem percipere * videntur, ſed magis liberam bonorum adminiſtrationem conſequuntur. Hac ex cauſa licèt nõ ſint [h] heredes inſtituti, [i] domini [k] * ſunt: † nec obſtat ꝙ liceat eos exheredare, quos * & occidere licebat. [l]

Etiam qui de ventre ſectus eſt, dicit teſtamentum nullum ratione præteritionis: dummodo fuerit animal: id eſt cum anima rationali natum: licèt cum deminutione corporis. Alexand.

XII. VLPIANVS *libro nono ad Sabinum.*

QVod dicitur, [m] filium natum rumpere teſtamẽtum: natum accipe & ſi exſecto [n] ventre editus ſit. Nam & hic rumpit teſtamentum; ſcilicet ſi naſcatur [o] in poteſtate. Quid tamen ſi non integrum animal editum ſit, cum ſpiritu tamen? an adhuc teſtamẽtum rumpat? Et hoc tamen * rumpit. [p]

IN *ſuis.*] CASVS. Mortuo patre nõ videtur hereditas ad filios eius deuenire, ſed res quodãmodo ipſius filij: nam etiã viuo patre videntur domini eſſe filij bonorum paternorum: vnde mortuo patre videtur filius cõſequi liberam bonorum ſuorum adminiſtrationẽ. vnde etſi pater non inſtituat eos, tamẽ domini ſunt bonorũ patris. nec ob. prędictis ꝙ pater poteſt eos exheredare ſi vult. nam & occidere eos poterat. Viuianus.

* id eſt nũc primùm accipere.

* domini tamen.

† Huc ſpectat illud Pauli ad Roma.c.8. Si filij, & heredes.

a *Euidentius*. id eſt euidenter.

b *Continuationem*. quia continuò ſine intermiſſione ſunt domini. ad quod infra ſi quis omiſ. cau. teſta.l.j.§. qui ſunt in poteſtate. & inſtit.de here.quali.& diffe.§.ſui. & de here. ab inteſt. §. poſtumi. &.j. de ſuis & legiti.l. in ſuis. &.j. de bo.dam.l.fi.in prin.

*Flo.quòd

Iunge.l. qđ certatum.C. de poſt.her.

c *Eo rem.* aliàs eos.& tunc ſubaudi, nos: aliàs eo rem.& melius.

d *Hereditas fuiſſe.* ſcilicet eis delata: vt.j.de ſuis & legiti. here.l.j.§. ſciendum. Hug.

e *Quodammodo*. etiam & poſſeſſionem habere: [e] vt.j. pro here. l.ij.§.filium. & cõſiſtit hoc in nudo intellectu & puro, vel eo quod inde ſuſtentatur: ſicut & vxor dicitur domina, & poſſidere dotem ſuam eodem reſpectu: vt.C. qui po.in pign.hab.l. fina.in prin. & de iure dot.l.in rebus.

c] Diſplicet Bart. placet tamen Ale. & Ia. intelligẽdo de impropria poſſeſſione.

f *Vnde.* quia filius eſt dominus.

g *Filiusfa.* id eſt eiuſdẽ ſubſtantiæ eſt: vt.j.de verb.ſig.l.pronuntiatio.§.j.in prin.&.ſ.de iis qui ſunt ſui vel alie.iu.l.nam ciuium.§.fi.

h *Non ſint.* illi ſcilicet filius vel pater.

i *Inſtituti.* non tamen exheredati.

k *Domini tamen ſunt.* venientes ab inteſtato.

l *Licebat.* olim: vt.C. de pa. pote.l.fi. Sed hodie non ſic: ſicut & in ſeruo olim & hodie, vt inſtit. de his qui ſunt ſui vel alie. iur.§.fi. aliàs eſt, non licebat. & facit.j. ad.l. Pompe. de parrici.l.diuus. & C.de cura.furio.l.fi.§.j.

QVod *dicitur.*] CASVS. Siue filius naſcatur alicui poſt teſta. ſicut ſolet naſci, ſiue exſecto matris ventre: & ſiue ſit integrum animal, ſiue non: ſemper rũpit teſta. dum tamen naſcatur in poteſtate dicti teſtatoris, & ſpiritũ habeat. aliàs non rũperet. Viuianus.

m *Quod dicitur.* ſ.in.l. commodiſſimè. & in aliis multis legibus.

n *Exſecto.* ſic.ſ.de inoffi.teſta.l.poſtumus.&.j.de verb. ſignifi.l.ea etiã.&.j. vnde cog.l.j.§. ſiqua.&.ſ. de Publicia.l. ſi ego.§.ij.Hug.

o *Naſcatur.* id eſt poſſet naſci. ſic.j. de ſtatul.l. Labeo.

p *Rumpit.* niſi declinet ad mõſtrum vel prodigiũ: vt.ſ. de ſta.ho.l. nõ ſunt. &. C.eo.l.ij.& iij.&.j.de verbo.ſig.l.oſtentũ.&.l.quęret.Hug.

Prouiſio facta in caſibus ſeparatis porrigitur ad eoſdem caſus ſimul coniunctos. Bartolus.

XIII. IVLIANVS *libro vicenſimonono Digeſtorum.*

SI ita ſcriptum ſit, *Si filius mihi natus fuerit, ex beſſe* [q] *heres eſto: ex reliqua parte vxor mea heres eſto. ſi verò filia mihi nata fuerit, ex triente heres eſto: ex reliqua parte vxor heres eſto*: & filius & filia nati eſſent: [r] dicendum eſt aſſem diſtribuẽdum [ſ] eſſe in ſeptem partes: vt ex his filius quatuor, vxor duas, filia vnam partem habeat. C Ita enim ſecundum voluntatem teſtantis filius altero [t] tanto amplius habebit quàm vxor: item vxor altero tanto amplius quàm filia. Licèt enim ſubtili iuris regulæ conueniebat ruptum fieri [u] teſtamentum: attamen quum * & vtroque [x] nato teſtator voluerit vxorem aliquid habere, ideo ad huiuſmodi ſententiam humanitate [y] ſuggerẽte decurſum eſt. quod & Iuuentio Celſo apertiſſimè placuit. D

Quando ſunt duo quorum vnum ſine alio eſſe non poteſt, vnum nõ poteſt ſine alio tolli: ſed ſublatum virtute remanẽtis perdurat. Bartolus.

SI *ita ſcriptum.*] CASVS. Titius faciens teſtamentum, ita dixit: ſi filius mihi natus fuerit: ſit mihi heres in octo vnciis, & in quatuor vnciis vxor mea. ſi verò filia mihi nata fuerit, ſit mihi heres ex quatuor vnciis, & in octo vnciis ſit mihi heres vxor mea. poſtea nati fuerũt ei ſimul filius & filia. modò quæritur, qualiter diuidi debeat dicta hereditas. & dicitur quod ſeptẽ partes de ea debent fieri: & de his ſeptem partibus debet habere filius quatuor partes, & vxor duas, & filia vnã. & ſic ſecundum voluntatẽ teſtatoris filius habebit plusquàm filia altero nato: & vxor habebit plus quàm filia altero nato. cum enim vno vel altero nato voluerit teſtator vxorem ſuam aliquid habere, vt dictũ eſt, bonũ eſt quod propter humanitatẽ ita diuidatur tota hereditas vt dictum eſt, & non rumpatur teſta. licet de iure ſubtili ruptum videretur: quia nati ſunt duo, & teſtator non inſtituit niſi vnũ. [REGVLA.] Seruum meũ inſtitui mihi heredem cũ libertate poſtea volebam ei adimere hereditatem ſolã ſine libertate, vel ſolam libertatem ſine hereditate. certè non poſſum, imò habebit ſeru⁹ & hereditatem & libertatem non obſtante dicta adẽptione. [TESTAMENTVM.] Ita dixi in teſtamẽto meo: Titius poſt mortẽ filij mei Seij heres mihi eſto: filius meus prædictus exheres eſto. certè non valet inſtitutio Titij, nec exheredatio filij: quia filius videtur exheredatus poſt mortem ſuam. ſi nõ valet exheredatio, ſequitur quod dictus meus filius habeat contra tabu. bo. poſſeſ. in bonis libertorum meorum qui eum prætererunt in teſtamentis eorum cũ decederent: E quamuis aliàs ſi ritè eſſet exheredatus à me patre, nõ haberet contra tabu. in bonis libertorum meorum. Viuianus.

* hic etiam.

* Flo. quàm ex vtroque, ſed putat Taurellus legendũ, quũ aut quoniã.

q *Ex beſſe.* id eſt vnciis octo.

r *Nati eſſent.* ſimul.

ſ *Diſtribuendum.* ſ. vt de tota hereditate fierent ſeptem partes.

t *Altero.* ſubaudi, tertio.

u *Fieri.* quaſi hic caſus eſſet omiſſus: vt.ſ.eo.l. commodiſſimè.

x *Vtroque.* diſiunctim, id eſt hoc vel illud. ſic.C. de bo. quæ lib.l. fina.§.hoc proculdubio. Accurſius.

y *Humanitate*. præſumitur enim ſibi voluiſſe proſpicere & in caſu omiſſo, & ſic diuiſiſſe hereditatem. ſic ſupra de condict.ob cau. leg. ſi extraneus. Sed argu. contra ſupra eod.l. commodiſſimè. & infra de ventre in poſ.mit.l.j.§. ſed & ſi incertum.& facit.j. de leg. j.l.qui filiabus.§.j.&.l. ſi quis te.§.apud. & infra de here. inſtit.leg. Clemens. &.l. ſi ita.§.j.&.C. de fideicom.lib.l. cum inter.§.j. ſed ſi nullus naſcatur, vxor totum habebit: vt infra de lega.j.l. ſi duo-



UNED

Regula[a] eſt + iuris ciuilis, qua conſtitutum eſt hereditatem[b] adimi non poſſe, propter quam liber & heres eſſe iuſſus, quamuis[c] dominus ademerit eodē[d] teſtamento libertatem, nihilo minus & libertatem[e] & hereditatem habebit.[f]

Nō valet exheredatio quæ per aditionem hereditatis confirmari non poteſt in vita filij. Alex.

Teſtamentum quod hoc modo ſcribitur, *Titius poſt mortem*[g] *filij mei heres eſto: filius exheres eſto:* nullius momenti eſt: quia filius poſt mortē ſuam exheredatus[h] eſt. quare & contra tabulas paternorum libertorum huiuſmodi filius bonorum poſſeſſionem accipere poterit.

Poſtumus naſcendo rumpit ſecundum gradum à quo eſt prętéritus: licèt naſcatur tempore quo hereditas non verſabatur in ſecundo gradu, ſed in primo: nec recōualeſcit: licèt poſtumus deceſſerit teſtatore mortuo: & propter præteritionem ſecundi gradus rumpit etiam tertium gradū à quo fuit exheredatus: & ſic teſtamentum ruptum pro parte, rumpetur per conſequentiam in totum: ne quis decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus. h.d. vſque ad.§.quod vulgo. Alex.

XIIII. AFRICANVS *libro quarto Quæſtionum.*

bus.§.fin.& infra eo.l.ſi filius.§.fin.

a *Regula eſt iuris.* idem hodie ſi heres tantùm: vt.C.de neceſ. ſer.l. quidam. Accurſius. A

b *Hereditatem.* ſolam ſine libertate.

c *Sed quamuis.* nunc econtra. Accurſius.

d *Eodem teſtamēto.* quo ademit hereditatem ſecūdum quoſdam, imò eodem modo quo dedit hereditatē & libertatē: & ideo vnum ſine altero adimi nō poteſt: vt hîc, & dicta.l. quidā. nec in alia volūtate: vt.j. de hered.inſtitu.l. ſed ſi in conditione.§. fi. ſed vtrumque ſimul bene poteſt, vt arg.j. de lega. ij.l.ſi idem.& no.s.ti.j.l. heredes.§.ſi quid.

+ ſunt qui emendent libertatem quibus non adſentior.

e *Libertatem.* ſine hereditate.

f *Habebit.* niſi teſtator fuerit miles: vt.j.de mili.teſt.l.ſi certarum.§. ſi eadem. Item ſecundum Py. niſi euidēs teſtantis volūtas appareat in cōtrariū. & facit qđ & neutrum ſine altero.s. ſi vſusfr.pe.l.j.§.j.& de vſu & habi.l.per ſeruum.§.j.&.j. de adimen. le.l.iij.§.ſi loci.&.s.de procura.l.in cauſæ.in princi.

g *Mortem.* ſcilicet tantùm. Accurſius.

h *Exheredatus.* nec enim tenet exheredatio niſi adita hereditate: vt infra de contra tab.l. filium.§. ſed cum exheredatio. & ita interim eſt præteritus: vnde non valet: vt hîc, & infra de heredi. inſtit. l.ſuus.§.fi. vel petit contra tab. nam iure prętorio valet: vt.C.de lib. præte.l.fi. circa prin. Sed contra.huic.l. infra de condi. inſti. l. fi. in fi. Sed hic cum ſolus Titius ſit inſtitutus, non valet exheredatio, cum alter nullus adire poſſit. Sed ibi & alius erat inſtitutus purè qui ſtatim adire poterat. & ita quantum ad eum filius eſt rectè exheredatus: & ita tenet teſtamentum. Item eſt contra. infrà de heredi.inſti.l.hereditas. vbi remota die valet inſtitutio. Sed ibi certa: hic incerta, quæ moueri non debet: vt infra eo.titu.l. in tempus.§. j.&.l.qui filio.

SI *poſtumus.*] CASVS. Vxorem habebam prægnantē: feci teſtamentum, & inſtitui mihi heredem Titium, & Seium filiū meū mihi naſciturum ex dicta vxore intra eorum gradum exheredaui, hoc modo: Titium mihi heredem inſtituo: poſtumum meum exheredo: Seium mihi heredem inſtituo. & poſtea feci ſecundū gradum hoc modo: ſi Titius & Seius mihi prædicti heredes nō erunt ſubſtituo eis Gaium & Sempronium. & in hoc ſecūdo gradu ſubſtitutorum nihil dixi de poſtumo prædicto: & ita eum à ſecundo gradu præterij: & ſic dictum poſtumum exheredaui à primo gradu, & à ſecundo præterij: & ſic deceſſi. deliberantibus heredibus primis Titio & Seio de adeunda hereditate mea, vel nō, natus fuit poſtumus. poſtea dicti primi heredes repudiauerunt hereditatem meam. quęritur vtrum dicta hereditas deueniat ad poſtumum, an verò ad ſecūdos heredes, id eſt ſubſtitutos prædictos à quib⁹ fuit poſtumus præteritus? & videtur quod debeat pertinere ad ſubſtitutos: quia poſtumus natus fuit eo tēpore quo ad inſtitutos pertinere poterat hereditas. & ita non habuit poſtumus in hereditate aliquod ius tempore natiuitatis ſuæ: vnde omittentibus inſtitutis videtur quod ſubſtituti habere debeant, & non poſtumus: ſed certè habebit imò hereditatem poſtumus, & ſubſtituti non. quia ſubſtitutorum gradus ita eſt nullus per præteritionem poſtumi ab eo factam, quod nunquam hereditatem habere poteſt. Sed retento eodem caſu pone quod dictus poſtu. natus fuit deliberantibus primis heredibus, & deceſſit: & poſt eius mortem ſcilicet poſtumi, primi heredes omiſerunt hereditatem: nunquid ſubſtituti poterūt adire hereditatem? Et dicitur quod non, imò ad legitimos heredes pertinet hereditas. Sed pone quod poſtumus fuit exheredatus intra primum gradum: vt dictum eſt, & fuit à ſecundo præteritus, vt dictum eſt: & à tertio gradu fuit exheredatus ſicut à primo: & viuentibus primis heredibus & deliberantibus naſcatur poſtumus, & decedat: & poſtea primi heredes omittant hereditatem. de primis heredibus non eſt dubium quod hereditatem nō habebunt. Item nec ſecundi propter præteritionem poſtumi ab eorum gradu factam, vt dictum eſt. Sed quæritur, vtrum inſtituti in tertio gradu, à quo tertio gradu fuit exheredatus poſtumus, vt dictum eſt, debeāt habere dictam hereditatem meam, an legitimi mei heredes? & videtur quod pertineàt ad inſtitutos in tertio gradu: quia ab eorum gradu non fuit poſtumus præteritus, imò exheredatus: vnde videtur valere ille gradus, taliter quod hereditatem habeat. Sed certè imò pertinet ad legitimos, & non ad ſcriptos in tertio gradu. Tertius enim grad⁹ pēdet à ſecūdo: vnde ſi ſecundus nō valet, vt dictū eſt, ergo nec tertius. & idem eſt in alio caſu: inſtitui mihi heredē Titium: & poſtea poſtumum meum exheredaui, & poſtea inſtitui mihi Seiū. & ita intra primum gradum inſtitutorum exheredaui poſtumum, & poſtea feci ſecūdum gradū hoc modo: ſi Titius prædictus mihi heres nō erit, ſubſtituo ei Gaiū: & ſi Sei⁹ prædictus heres mihi non erit, ſubſtituo ei Sēpronium. & ita cuilibet de inſtitutis dedi ſuum ſubſtitutum: & ab iſto gradu ſubſtitutorū poſtumum meū præterij. deliberantibus Titio & Seio primis heredibus de adeunda vel nō adeunda hereditate mea, natus fuit poſtumus, & deceſſit: poſtea vnus de dictis primis inſtitutis, pone Titius, omiſit ſuam partē hereditatis. quæritur, quis debeat partem habere Titij? vtrum legitimi mei heredes, an verò ſubſtitutus Titij, ſ. Gaius prædictus? & dicitur quod legitimi heredes debent habere, & non ſubſtitutus Titij. de eo herede autem Titij, ſ. Seio, non eſt dubium quod non debet habere partem Titij, quamuis hoc in hac litera non dicatur: qa Titius habuit Gaium ſubſtitutū: vt dictum eſt: qui ſubſtitutus quāuis ipſe habere non poſſit partem Titij propter præteritionē poſtumi ſubſtitutis factam, vt dictū eſt: tamen excludit coheredē Titij. de neceſſitate igitur debent habere partem Titij legitimi mei heredes, cum poſtumus excludatur, quia mortuus eſt: & cū coheres Titij excludatur per ſubſtitutum Titij: & cum ſubſtitutus Titij excludatur per præteritionem ab eo factam de poſtumo, vt dictū eſt: & quia aliquis pro parte teſtatus, pro parte inteſtatus eſſe non poteſt: quod eſſet ſi legitimi vnam partem haberēt ab inteſtato, & inſtitutus vnus aliā ex teſtamento: non venit totum ad legitimos. [QVOD VVLGO.] Hic.§. dicit quod quædam regula quæ eſt in vulgari, non eſt ſemper vera: imò fallit quandoque. & caſum vbi fallit, ponit primo in genere, & poſtea in ſpecie. Regula eſt talis: Ille gradus à quo filius eſt præteritus à patre, non valet ipſo iure. & potes ponere exemplū vt.s.eo.l.iij.§.fi. Caſus autē vbi fallit, eſt iſte in genere: Filium meum inſtitui in primo gradu inſtitutorum. certè non teneor eum exheredare à ſubſtitutis: imò ſi à gradu ſubſtitutorum eum prætereo, valet nihilo minus gradus ſubſtitutorum. Iſtum ergo caſum vbi fallit dicta regula, ita ponas in ſpecie: Inſtitui mihi heredem filiū meum Gaium & Titium album, & dicto meo filio ſubſtitui Titium nigrum: & Titio albo primo inſtituto ſubſtitui Mæuiū: & in iſto ſecundo gradu, ſ. ſubſtitutorum, nihil dixi de dicto meo filio: & ita eum à gradu ſubſtitutorum præterij. poſtea Titius albus cum filio inſtitutus omiſit ſuam partem hereditatis. nunquid Mæuius ei ſubſtitutus poterit eius partem adire? & certè ſic: licèt meus filius fuerit præteritus à gradu dicti Mæuij Titio albo ſubſtituti. [SI QVIS ITA SCRIPSERIT.] Inſtitui mihi heredem Titium, & filium meum Gaium hoc modo exheredaui: Gaius exheres eſto: quem Gaium ſcio ex me natum nō eſſe. & poſtea deceſſi. venit modo Gaius filius meus, & dicit teſtamentum meum nullum: & ſic vult habere hereditatem meam ab inteſtato: quia probauit ſe natum ex me. quæritur, nunquid poſſit hoc dicere? Et reſpon. quod ſic, quia non exheredaui eum tanquam filium ſcilicet meum: quia exheredaui eum ſcilicet tanquam filium alienum: & quia ego adieci in exheredatione ideo me exheredare eū, quia non putabam eum eſſe meum filium: & quia probauit filius, vt dictum eſt, me erraſſe in cauſa exheredationis. & idē eſſet ſi ita exheredaſſem dictum Gaium filium meum, Gaius filius Sempronij & vxor mea exheres mihi eſto. nam & hîc non valet exheredatio, ſi probet Gaius ſe natum ex me. & ſic habetur pro præterito: vnde teſtamentum meum non valet: & ſic habebit Gaius filius meus hereditatem meam ab inteſtato. Viuianus.

*Exheredatus*

SI poſtumus à primo gradu exheredatus, [a] à ſecundo pręteritus ſit: quamuis eo tempore naſcatur, quo ad heredes primo gradu ſcriptos pertineat [b] hereditas, ſecundum tamen gradum vitiari [c] placet ad hoc, vt prætermittentibus inſtitutis ipſe [d] heres exiſtat. Imò & ſi defŭcto eo [e] heredes inſtituti omiſerint hereditatem, non poſſe ſubſtitutos adire. Itaque & ſi à primo gradu exheredatus, à ſecundo præteritus, à tertio [f] exheredatus ſit, & viuentibus primis & deliberantibus decedat: quæri ſolet, omittentibus primis aditionem, vtrŭ ad eos qui tertio gradu ſcripti ſint, an potius ad legitimos heredes pertineat hereditas: quo & ipſo caſu rectius exiſtimari putauit ad legitimos [g] eam pertinere. [h] Nam & cum duobus heredibus inſtitutis, & in ſingulorŭ [i] locum facta ſubſtitutione, à primis exheredatus poſtumus, à ſecundis præteritus fuerit: ſi alter ex inſtitutis omiſerit, quamuis poſtumus excludatur, nō tamen magis ſubſtitutum admitti. [k]

Quando filius eſt inſtitutus in ſolidum vel pro parte in primo gradu, poteſt præteriri à ſequenti gradu qui per hoc non rumpetur: & exheredatio facta de filio tanquam de extraneo per errorem, probata filiatione redditur nulla. h. d. vſque ad l. ſi filius heres. Alexand.

Quod vulgo dicitur, eum gradum à quo filius præteritus ſit, non valere, nō vſquequaque verum eſſe ait. nam ſi primo gradu heres inſtitutus ſit filius: non debere [l] eŭ à ſubſtitutis exheredari. [m] Ideoq; ſi filio & Titio here- B dibus inſtitutis, Titio Mæuius [n] ſubſtitutus ſit: omittente Titio hereditatem, Mæuiŭ eam adire poſſe, quãuis filius ſecŭdo gradu exheredatus non ſit. Si quis ita ſcripſerit: *Ille, † quem ſcio ex me natum non eſſe, exheres eſt:* * hāc exheredationē ita nullius momenti eſſe ait, ſi probetur [o] ex eo natus. non enim videri quaſi filiŭ [p] exheredatum eſſe, cum † elogium [q] pater cŭ filium [r] exheredaret, propoſuiſſet, & adieciſſet ꝓ- C pter eam cauſam [ſ] exheredare: probatúrq; [t] patrem * circa cauſam exheredationis erraſſe.

XV. VLPIANVS *libro primo ad Sabinum.*

IDem eſt & ſi ita dixerit, *Ille illius filius exheres eſto.* patrem ei adulterŭ [u] per errorē adſignans.

XVI. AFRICANVS *libro quarto Quæſtionum.*

SI filius heres inſtitutus [x] ſit omiſſo poſtumo, [y] filióque ſubſtitutus nepos ex eo ſit: ſi D interim [z] moriatur filius poſtumo non nato, [a] nepotem tam

---

a Exheredatus. ſed hodie non poteſt exheredari: vt.C. de inoffic. teſta.l.ſi quis in ſuo. ergo pro præterito habetur: & ſic rumpit vt A præteritus.

b Pertineat.i. pertinere poſſit.ſic.ſ.eo.l. quod dicitur. Hug.

c Vitiari. videbatur quòd non: quia illi gradui nondum erat locus. nōdum enim repudiauerant inſtituti.

d Ipſe. ſ. poſtumus.

e Eo. ſcilicet poſtumo. & dic, poſt mortem patris: vt ſupra eo.l.ſi à primo.H.

f Tertio. nam ad ſcriptos ſecŭdo gradu cōſtat quòd non: vt.ſ. dictum eſt.

g Legitimos. ſcilicet teſtatoris.

h Pertinere. quia rupto [a] ſecundo gradu, rumpitur & quod dependet ex eo. poſtumus ergo gradum rumpendo facit ſibi locum, nec ſequētem valere permittit, prædicta ratione, quia pendet ex eo: vt.ĩ. titu.j.l. nam & ſi.§. fin. ſecus in nato à præcedente præterito, & à ſequente exheredato: vt not.ſupra eod.l.iij.§.fi. Sed econtra quando à præcedente exheredatur, à ſequente præteritur: non eſt differentia inter natum & poſtumŭ: vt.ſ.eo. ſi à primo. Accurſius.

a] Rupto vno de gradibus, rŭpitur quod ex eo depēdet: ſic ſublato principali tollitur & acceſſoriŭ. in regu. iur. ibi, principalis. in fi. de reg. iur. & ad lōgŭ in Spec. ti. de inſtrumen. edi.§. nunc autem videndum. verſi. item ſi conceſſio.

i In ſingulorum. puta primus primo, ſecundus ſecundo. Item ſi vterq; vtrique, multo magis: vt.ĩ.tit.j.l.pe.

k Admitti. quatuor sŭt: Inſtitutus qui nō admiſit. Item ſubſtituti. Item poſtumus. Item legitimi teſtatoris. ecce ergo ſubſtituti repelluntur: quia ab eis præteritus: vt hic. Item coheres ab eadē parte excluditur, quia habuit ſubſtitutum: quinimò & ſuam perdit, vtpote toto rupto teſtamento: vt.ĩ.tit.j.l.pe. ne idem teſtatus & inteſtatus decedat: vt.ĩ.de reg.iur.l.ius noſtrum. Item legitimi admittŭtur: vt hic. nam dicit.ſ.nam cum &c. poſtumus autem ſi eſt præteritus, cum legitimis admittitur: & quod hic dicit eum excludi, verum eſt vtroque inſtituto adeunte ab inteſtato: vel verius non admittitur vt ſubſtitutus, ſed vt legitimus ſic.

l Non debere. ex neceſſitate. Accurſius.

m Exheredari. ſed ſubſtitutus filius debet à primo gradu exheredari: vt.ĩ.de vulga. ſubſtitu.l.ex facto.§. Lucius.

n Titio Mæuius. aliàs Titio Mæuius: & eſt plana. aliàs Titius & Mæuius. & dic ſingulos ſingulis ſubſtitutos, & intellige de alio Titio in ſubſtitutione quàm in inſtitutione. & facit.ĩ.de heredi.inſtit. l. ſuus.§.fin.&.l. iam dubitari.

o Probetur. per ſe filium, vel per alium: quia non erat in poſſeſſione filiationis: vt.C.de proba.l.nō nudis.&.l.non epiſtolis. & quia verbum patris eſt contra eum: vt.ſ.de proba.l.ſi. &.ĩ. de libe.agn. l.j.§. Iulianus. Sed ſi econtra heres probat non filium, tenet exheredatio: vtpote inepta in extraneo: vt.ĩ. de ver.obli.l. quidam cŭ filium. Ad quid ergo expectatur, cum in vtroque euentu eſt nulla? vt arg.ſ.ad Vell.l.aliquando.§.fin. & de condict.inde.l.Iulianus. & ĩ.de acqui.here.l.cum heres.§.j? Reſpon. quia interim tenet, vt magis valeat teſtamentum, quàm eius pręteritione dicatur nullum: vt ſupra eo.l.iij.in princi. quæ eſt contra. Solu. vt ibi. hæc tamen exheredatio non nocet. arg.ĩ.de Carb.edic.l.j.§. idem ait cum quidā. ſed nec inſtitutio ſic facta nocet. aliàs tenet, ſi probaueris te filium: vt.ĩ.de condit. & demon.l. Lucius.

p Quaſi filium. ſed quaſi extraneŭ.

q Elogium. id eſt ſermo vel verbum teſtamenti.

r Filium. id eſt hunc qui eſt filius: non vt filium, ſed vt extraneum. Hug.

ſ Eam cauſam. quia non putabat filium. Azo.

t Probatúrque. ſi probetur ex eo natus, nō nocet exheredatio: quia probatur &c. Et ſic not. errorem teſtatoris non nocere. ſic infra de condit. & demōſtr.l.demōſtratio. &. C. de teſta.l. neque. & de here.inſtitu. l. ſi pater. Sed argu. contra inſtitu. qui ma. non poſ.§. ſemel. & infra de vſuf.leg.l. ſi alij. Item eſt arg. contra ſupra de inoffic. teſta.l. ſi inſtituta.§.j. ſed dic vt.ĩ. eod.l.iij. in princip.

Ant.Augu. lib.3. c.7.

ADDITIO. Imò dic vt in.l. contraria per gl. & bene. Bart. Alexand. & Iaſon.

† Ad hunc locum vide Petrum Loriotŭ tractatu. De exhered. axiomate.12.

u IDem eſt. Adulterum. aliàs alterutrum: aliàs adulterum.

* eſto.

SI filius heres.] CASVS. Habebam filium Titium, & ex eo nepotem Gaium: & habebam vxorē pręgnantem: inſtitui mihi heredem dictum meum filium, & præterij poſtumum, & dictŭ Gaium filium filij mei ſubſtitui eidem filio meo: vnde ſi naſceretur poſtumus, rumperet teſtamentum meum inueniēs ſe præteritum: & poſtea deceſſi: & poſtea antequā aliquid noui contingeret, certum factum eſt quod poſtumus nō naſceretur: & ita non rumpet teſtamētum meum. & poſtea dictus meus filius deceſſit antequam adiret hereditatem meam. certè dictus Gaius filius filij mei erit mihi auo ſuo heres ex teſtamento propter ſubſtitutionem: & erit heres patri ſuo, id eſt filio meo in aliis bonis filij mei quæ perueniunt ad eum aliunde quàm à me. Sed quid ſi dictum filium filij mei non ſubſtitui eidem meo filio: ſed filium meum ſolummodo inſtitui, & poſtumum præterij: & poſtea certum factum eſt quod poſtumus non naſcetur: & poſtea eſt mortuus filius meus antequam adiret hereditatem meam, & ſic tempore mortis filij mei certum erit mihi quod nemo eſt heres ex teſtamento? tunc certè dictus filius filij mei erit ſolus & ſolummodo heres patris ſui ab inteſtato, id eſt filij mei. & ita euenit in iſto alio caſu. Inſtitui filium meum præ- E dictum heredem ſub conditione ſi daret Titio.x. & de filio filij mei nihil dixi. filius meus antequam daret.x. Titio, deceſſit: & ita non poteſt eſſe aliquis mihi heres ex teſtamento. certè dictus filius filij mei, heres erit filij mei, ſcilicet patris ſui ab inteſtato. Viuianus.

† i. cauſam exheredationis, quæ hodie omni caſu exprimēda eſt ex Nouell. 115.

* quia probatur.

x Si filius heres inſtitutus. dic purè. Alij dicunt, ſub conditione poteſtatiua, quæ vltimo vitæ momento potuit impleri: vt ſi dederit decem: & in fine loquatur de ea quæ verè non potuit impleri vltimo momento: vt ſi aſcenderit capitolium. & ſic diſcrepat finis à principio. alij dicunt econtra.

y Poſtumo. filio.

z Si interim. id eſt ante aditam hereditatem, vel viuente teſtatore. alij, id eſt pendente conditione.

a Non nato. non natus non rumpit: vt hîc, & infra titu.j.l.iij.§. ex his. ſed natus rumpit: & quidem totum gradum à quo eſt præteritus, & ſequentes: vt infra tit.j.l.penul.

a *Auo.* ex teſtamento : quia ſubſtitutus, patri ab inteſtato, vel etiã ex teſtamento ſi pater fuit teſtatus de caſtrenſi in vita ſui patris, vel etiam poſtea de quocunque. & ſic verbum, ſuum, diuerſimodè accipitur. ſic ſupra de offic. procon.l.iij. Alij [a] dicunt, quod eſt heres patris : & per eum aui : quia heres heredis eſt &c. vt.C. de here.inſti.l.fin. quod nõ placet : quia filius non fuit heres.

a] Vt Ioannes letus Gloſſograph. Cont.

b *Ipſe filius.* idémque nepos. & ſic erit heres vtriuſque patris ſui & aui ab inteſtato ſecundum noſtram poſitionem: & ſuus. Sed nonne pater præcedebat? Reſpon. non conſtabat auum deceſſiſſe inteſtatum : vt inſtitu.de here. ab inteſt.§. cum autem. idem ſi filius nõ fuit purè inſtitutus, ſed ſub cõditione quæ vltimo vitæ ſpiritu potuit impleri : & hoc ſubiicit. Alij dicunt, filius ſcilicet primi decedentis : & hoc cum fuit inſtitutus ſub conditione illa ſi in capitolium aſcenderit. Azo.

c *Euenire ſolet.* aliàs vbi nepos nõ interuenerit. & hoc modo differt à princip. vel ibi purè, hîc ſub conditione : vt ibi dixi. vel ſecũdum alios diuerſificat : vt ibi not. & facit infra.e.l.filius à patre. in princip. & infra de here. inſtituen.l. ſuus.§. ſed & ſi filio. & l.ſequen.& infra de cõdit. inſtitu.l. fina. & de ſuis & legiti.hered.l.j.§. ſciendum.&.C.de inſtitu.& ſubſtitu.l.iiij. Acc.

patri quàm auo [a] ſuum heredem futurum. Quòd ſi nemo filio ſubſtitutus ſit, & ſolus ipſe inſtitutus ſit : tunc quia eo tempore quo is moriatur, certum eſſe incipit neminem ex eo teſtamento heredem fore : ipſe filius [b] inteſtato patri heres exiſtat : ſicut euenire [c] ſolet cum ſub ea conditione quę in ipſius poteſtate erit, filius heres inſtitutus, prius quàm ei parêret moriatur.

Exheredatio poteſt fieri per verba præteriti imperfecti vel futuri. Alexand.

XVII. FLORENTINVS *libro decimo Inſtitutionum.*

FIlij etiam hoc modo exheredantur : *Filius exheres ſit. Filius exheres erit.* [d]

Exheredatio aliquãdo fit non ad incommodum, ſed ad commodum filij. Alexan.

XVIII. VLPIANVS *libro quinquageſimoſeptimo ad Edictum.*

MVlti non notæ [e] cauſa exheredant filios, nec vt eis [f] obſint, ſed vt eis conſulant, vtputa impuberibus : eiſq; fideicommiſſam hereditatem dant.

Odia reſtringi, fauores conuenit ampliari. Bartolus.

F*Ilij etiam.*] CASVS. Hæc.l. ponit duos modos per quos poſſunt filij exheredari. Primus eſt, filius exheres ſit. Secundus eſt, filius exheres erit. Viuianus.

d *Erit.* item & ſic : Ille filius meus alienus meæ ſubſtantiæ &c. vt C.eo.titu.l.iij.& facit.C.de teſta.l.quoniam.& infra de heredi. inſtit.l.his verbis.&.l.j.§. fina.

M*Vlti.*] CASVS. Hæc.l. dicit quod eſt quædam exheredatio filiorum quæ non nocet filiis : puta exheredaui filios meos: & inſtitui mihi quoſdam extraneos, & rogaui illos extraneos vt dictis filiis meis exheredatis reſtituerent hereditatem meam. Viuianus.

e *Non notæ.* id eſt infamiæ. Accurſius.

f *Eis.* exheredatis. & facit.ʝ.de bo.liber.l.ſi patronus teſtamento. §.ſi quis non mala.&.l.Paulus.& de contra tabu.l. ſi emancipatus. &.C.de inoffi. teſta l.ſi quis in ſuo.&.l.filiis matrem. &.ſ.de vſur. l.in fideicommiſſi.§. cum Pollidius. &.ʝ. de vulga. & pupil.ſubſti. l.cum ex filio.

C*Vm quidam.*] CASVS. Ego habens.xl. in bonis, & habens filium & filiam : filiam ex aſſe ſcripſi heredem, & filio.x.legaui. poſtea ita dixi : dictus meus filius ſit mihi exheres in tertia parte hereditatis meæ. quæritur, nunquid valeat exheredatio filij? Et dicitur quod non valet: nec ſi exheredatus eſſet à fundo hereditario filius, valeret exheredatio. Sed certè malè videtur dictum eſſe, ſcilicet exheredationem non valere quæ facta eſt à certa parte hereditatis, vel à fundo hereditario, vel alia re ſingulari : quia video quòd inſtitutio valet in vna re : vt.ʝ. de here. inſtitu.l.j.§.ſi ex fundo. cum ſimilibus. Sed ex litera reſpondit huic tacitæ quæſtioni, dicens quod inſtitutio eſt benigna & fauorabilis, & ideo non eſt mirum ſi ampliatur, ſcilicet vt valeat in vna re. exheredatio autem non eſt benigna, ſed odioſa : & ideo non eſt adiuuanda, imò reſtringenda. Viuianus.

g *In cætera.* aliàs in certa : aliàs in tertia : & aliàs in cætera. quod idem eſt. Accurſius.

h *Rectè.* in re certa nõ valet exheredatio. Item nec à perſona certa, ſed à gradu toto ſic : vt ſupra eo.l.iij.§.filius.

i *Acciperetur.* & valet : vt.ʝ.de here.inſtit.l.j.§. ſi ex fundo.&.C. de heredi.inſti.l. quoties.

k *Adiuuandæ.* Not. fauorem & odium. Io. quòd odia ſunt reſtringenda, fauores ampliandi. ſic probatur duabus legibus infra de adimen. lega. l. legatis. &. le. fina. & ſupra de tranſact.l. cum hi.§. qui tranſigit. ſic ſupra de in ius voc.l. quæſitũ. &.l. ſed & ſi hac lege.§. fina. Item ſupra de mino.l. iij. §. minorem. & infra de diuer.& tempo.pręſcript. l. in vſucapione. & de act. & obliga.l. in omnibus. & de vſucap. l. in vſucapionibus. & C.de edict.diui Hadriatol. l. fina. in fin. Argu. contra.ſ. de iis qui not. infamia.l.quod ait.§.exercitum. Azo.& facit ſupra eo.l.ij. &.ʝ. de pœnis.l. interpretatione.

XIX. PAVLVS *libro primo ad Vitellium.*

CVm quidam filiam ex aſſe heredem ſcripſiſſet, filióque quem in poteſtate habebat, decẽ legaſſet : adiecit : *& in cætera* [g] *parte exheres mihi erit* : & quæreretur an rectè [h] exheredatus videretur: Scæuola reſpõdit, non videtur : * & in diſputando adiiciebat ideo non valere, quoniam nec fundi exheres eſſe iuſſus rectè exheredaretur : aliámque cauſam eſſe inſtitutionis, quæ benignè acciperetur : [i] exheredationes autem non eſſent adiuuandæ. [k]

* videri.

Vt quis ſit ſuus heres patri, requiritur quòd non ſit in poteſtate alterius tempore mortis & cõditionis euentus. Bartolus.

XX. MODESTINVS *libro ſecundo Pandectarum.*

SVb conditione [l] filius heres inſtitutus, ſi pendente conditione adrogãdum ſe dedit, [m] neceſſarius heres non erit.

Sufficitq; à tempore natiuitatis filius ſe inſtitutum reperiat. Bar.

XXI. POMPONIVS *libro ſecundo ad Quintum Mucium.*

SI filium nominatim [n] exheredauero, & eum poſtea

S*Vb conditione.*] CASVS. Ad euidẽtiam huius. l. nota quod de iure ciuili filius eſt heres patris, ſiue velit ſiue nolit filius : vt infra de acquiren. here. leg. neceſſariis. vnde ſi inſtituo mihi heredem filiũ meum ſub condi. ſi dederit Titio. x. neceſſariò eſt mihi heres filius, & tenetur conditioni parere de dicto iure ciuili. Quid autem ſi pẽdente conditione prædicta poteſtatiua dederit ſe arrogandum dictus meus filius Sẽpronio? certè amodo non erit heres neceſſarius etiam de iure ciuili : ſed voluntarius, id eſt ad voluntatem Sempronij, in cuius poteſtate eſt : quia ſi voluerit Sempronius adimplere condi.& habere hereditatem meam per filium meum qui nũc eſt in ſua poteſtate, poteſt habere. aliàs non cogitur. & ideo dixi de iure ciuili : quia de prætorio iure poteſt abſtinere filius ab hereditate patris : & non adimplere conditionem : vt.d.l. neceſſariis. ſi autem adimpleat condit. antequã det ſe in arrogationem eo animo vt ſit heres : non poteſt amodo abſtinere neque de iure ciuili, neq; de iure præto. vt infra de hered. inſtitu.l.iam dubitari. Item ideo poſui in poteſtatiua condit. quia ſi inſtituiſſem eum ſub condit.caſuali, & in eius defectũ non exheredaſſem : non valeret teſtamentum ipſo iure : vt not.in.d.l.iam dubitari. Viuianus.

Coniunge l. 67. ʝ. de her. inſti.

l *Sub conditione.* poteſtatiua, vel caſuali vel mixta : ſed in eius defectum exheredatur : alioquin ſtatim ipſo iure eſſet nullum : vt.C. de inſti.& ſubſti.l.ſi pater.&.ʝ.de here.inſti.l. ſuus.

m *Dedit.* in vita teſtatoris ſecundum quoſdam : ſed tunc dicitur adoptio : vt ſupra de adop.l.ij. niſi dicas quod erat emancipatus à patre naturali cum ſe dedit in arrogationem eo viuo : ſed tunc certè ideo non eſſet neceſſarius, quia emancipatus : ſed poteſt reſpõderi arrogationem pro adoptione poni. Dic ergo melius quod poſt mortem teſtatoris fuit arrogatus. Si dicas, ſed nonne ſufficit ad hoc quod ſit neceſſarius, quod fuerit in poteſtate tempore mortis : vt inſtit. de hered. quali. & dif.§. ſui? Reſpon. non, cum eſt inſtitutus ſub conditione : quia oportet quod ſit in poteſtate alterius tempore quo defertur hereditas, ſcilicet conditione exiſtente : vt inſti.de here.inſti.§. ſeruus.&.§. alienus. eſt etiam & alia ratio hîc quare non eſt neceſſarius : quia nec alio momento eſt heres : imò arrogator in cuius poteſtate eſt : vt.ʝ. de acquiren. here.l. placet. licet hodie ſecus : vt inſt.de acqui. per arrog.§.j.&.ʝ.de here.inſti.l.ſuus.§.fi.

S*I filium.*] CASVS. Filium meum nominatim exheredaui, & poſtea eum inſtitui. certè præualet inſtitutio. Viuianus.

n *Si filium nominatim.* quod eſt opus : vt inſtitu.de exhered.lib. in principio.

*Erit.*

a *Erit.* quia poſteriora derogant primis:vt.j̃. de condi.l. diui.§. licet.&.j̃.de vulg.ſubſti.l.ſi quis eum.in princip.fallit quandoque:vt infra de leg. iij. ſi quis in princip. teſtamenti. & de leg.j. ſi mihi & tibi.§.fin.& facit.C.de pac.l.pacta.&.C.fami.erciſ.l.in ipſius.&.C. de fideicom.l.fideicommiſſum.

A

heredem inſtituero, heres erit. a

XXII. TERENTIVS CLEMENS *libro ſeptimodecimo ad legem Iuliam & Papiam.*

CVm poſtumus ſub cõditione b inſtituitur:ſi pri⁹ quàm naſcatur, conditio extiterit, c nõ rumpitur teſtamentum poſtumi adgnatione.

Quando veritas & fictio tendũt ad vnum finem, veritas præualet fictioni. Bartolus. B

XXIII. PAPINIANVS *libro duodecimo Quæſtionum.*

FIlio d quem pater poſt emancipationẽ à ſe factam iterũ e arrogauit, exheredationem antea ſcriptã nocere dixi. Nam in omni ferè iure ſic obſeruari conuenit, vt veri patris adoptiuus filius nunquam intellegatur: ne imagine f naturæ veritas adumbretur: videlicet quòd non tranſlatus, ſed redditus g videretur. Nec multum puto referre, quod ad propoſitum attinet, quòd loco nepotis filium exheredatum pater adrogauit.

Inſtitutio facta de extraneo, firma manet: licet poſtea factus fuerit adoptiuus teſtatoris. Alex.

Si Titius h heres inſtitutus loco nepotis adoptetur: defuncto poſtea filio i qui pater videbatur nepotis k ſucceſſione non rumpitur teſtamentum ab eo qui heres inuenitur. l

Si tempore natiuitatis filia non reperitur legitimè inſtituta, teſtamentum rumpitur. Bartolus.

XXIIII. PAVLVS *libro nono Quæſtionum.*

POſtuma ſub cõditione m heres inſtituta, ſi pendente n cõditione viuo patre naſcatur, rumpit o teſtamentum.

Qui exheredat filios, videtur nominatim exheredare: nec videtur quis exheredare filios quos ignorat ſe habere. Bart.

XXV. IDEM *libro duodecimo Reſponſorum.*

TItius teſtamento heredem inſtituit, & filium habẽs ſic exheredationem poſuit: *Cæteri o-* C *mnes filij filiæque meæ* p *exheredes ſunto.* Paulus reſpõdit, filium rectè q exheredatum videri. Poſtea conſultus an videatur exheredatus, quem pater putauit deceſſiſſe, reſpondit, filios & filias nominatim exheredatos proponi: de errore autem patris qui interceſſiſſe proponitur, apud iudicem † agi oportere. r

---

C*Vm poſtumus.*] CASVS. Inſtitui mihi heredem Titium purè, & poſtumum meum ſub condit. & deceſſi. poſtea antequam naſcatur poſtumus, extitit condi. certe natus poſtea non rumpit teſtamẽ tum meum. ſecus autẽ ſi pendet adhuc conditio. Viuianus.

b *Sub conditione.* poteſtatiua caſuali, vel mixta.H.

Citatur hoc Papiniani reſponſum in.l.8.§.7.j̃. de contra tab.

c *Extiterit.* ſecus ſi defecerit. item ſecus ſi dependet:vt.j̃.eo.l.poſtuma.Azo.& facit.j̃.de cõdi.& demon. l. ij.&. l.ſi iam.&.j̃.de leg.j.l.cætera.§.ij.&.j̃.de verb.obliga.l.ſi rem meam,

F*Ilio.*] CASVS. Titium filium meum in poteſtate habebam. eũ emãcipaui,& poſtea eum arrogaui, & tertiò eũ emãcipaui,& poſtea inſtitui mihi heredem Seium extraneũ: & dictum meum filiũ exheredaui: & poſtea eũdem filiũ arrogaui mihi in filium, vel in nepotẽ ex alio meo filio,nõ facio vim. nunquid valet dictũ meum teſtamentum, vt ſic noceat filio meo dicta exheredatio? & videtur quod nõ: qa exheredatio fuit per me facta eo tempore quo filius meus erat extra meam poteſtatem,& ita erat mihi quaſi extraneus,ergo nõ valet exheredatio.arrogatio ergo poſt exheredationẽ facta nihil operari videtur vt valeat exheredatio.ſed certè imò valet exheredatio & filio nocet.& aliud eſt penitus in extraneo quàm in filio emancipato.& eſt ratio,quia in omni iure ſic conuenit obſeruari,vt veri patris filius nunquã intelligatur filius adoptiuus,etiam ſi in veritate adoptatus vel arrogatus ſit à vero patre,vt fuit in noſtro caſu. & conuenit obſeruari ſimiliter,vt imagine adoptionis ſiue arrogationis non obumbretur veritas naturæ. nam dictus meus filius nõ videtur per arrogationem tranſlatus in meam poteſtatẽ, ſed videtur mihi redditus. ſed ſi arrogaſſem aliquẽ penitus mihi extraneũ: ille bene videtur transferri in meam poteſtatem per arrogationẽ. & ſic illa arrogatio penitus extranei non faceret conualeſcere illã exheredationem quam de illo penitus extraneo feciſſem, ſi eũ extraneum exheredaſſem:quæ quidem exheredatio per me facta de extraneo non valuiſſet ipſo iure. & ſic eſt hic intellectus huius. l. [SI TITIVS HERES.] Filium meum Seium & Titium extraneum mihi heredes inſtitui, & poſtea dictum Titium adoptaui mihi in locum nepotis ex dicto Seio filio. poſtea deceſſit dictus meus filius,& poſtea ego deceſſi.nunquid dictus Titius vt nepos à me adoptatus rumpit teſtamentum meum? & videtur quod ſic: quia non inſtitui dictum meum nepotem adoptiuum eo tempore quo fuit meus nepos,imò prius quàm eſſet nepos: ſed certè heres inuenitur à me ſcriptus dictus meus nepos non facio vim quãdo, & ideo teſtamentum non rumpit. Viuianus.

d *Filio.* ſecus in extraneo exheredato,& poſtea arrogato, qui rũpit teſtamẽtũ:vt.j̃.de cõtra tab.l.nõ putauit.§.ſi quis emãcipatum.

e *Iterum.* i.in poteſtatem ſuam iterum redigat, quod fieri poteſt de filio naturali:vt hîc &.s̃.de adop.l.ſi pater filium.nõ ſic de adoptiuo:vt eod.tit.l.adoptare.§.eum.

Veritas fictioni præualet.

f *Imagine.* ſ. adoptionis, quæ eſt fictio inducta ad ſimilitudinem naturæ.nam eſt adoptio legalis actio per quam quis fit velut filius qui non eſt,penè naturam imitans.Item nota veritatem præualere fictioni:quandoque ſecus:vt ſupra eo.titu.l. ſi quis poſtumos. §. ſi quis filium.ibi,& diuerſum &c.

g *Sed reditus.* ſic.s̃.de pac.l.ſi vnus.§.quod in ſpecie.&.s̃.ſi ſer.vin. ſicuti.§. ſed ſi quæratur. &.s̃. de teſta.l. heredes.§. ſi quis poſt.&.s̃. quib.mo.pign.vel hypo.ſol.l.ſoluitur.§. voluntate.& de pecu.l.peculium.§.ſi ære.Item cõtra hanc.l.videtur inſti. quib.mo. teſta. infir. in prin. Sed ibi nec inſtitutus nec exheredatus erat arrogatus: & ideo rumpitur.

h *Si Titius.* etiam extraneus:vt.j̃.tit.j.l.antepenul.Azo.

i *Filio.* qui erat inſtitutus vel exheredatus. & dic defuncto viuo patre.

k *Nepotis.* adoptiui.

l *Inuenitur.* in ſcriptis. ſecus ſi alius eſſet heres: quia rũpitur teſtamẽtũ.

P*oſtuma.*] CASVS. Poſtumum vel poſtumam meã mihi ſub cõditione heredem inſtitui pendente adhuc cõditione,& adhuc me viuo nata eſt.certè rumpit teſtamentum.Viu.

m *Conditione.* caſuali vel mixta:nec in eius defectum exheredata. ſecus ſub poteſtatiua, ſub qua etiam nati poſſunt inſtitui:vt.j̃.de here.inſtit.l.ſuus.

n *Pendente.* ſecus ſi iam extitiſſet: vt.s̃.eo.l. cum ſub conditione.

o *Rumpit.* ſ.ſtatim non expectata cõditione:vt. j̃.tit.j. l. nam & ſi. &.s̃. ad Vell.l. aliquando. §. fi. & infra de ac.he. l.ſi quis heres ita. Item facit ſupra eo.l.commodiſſimè.

† Si iudex errauerit ſiue per errore alterius tertij: quid in hoc caſu, vide glo. & doct. in. l. is cui bonis. in fi. de verbo. oblig.

T*Itius teſtamento.*] CASVS. Titius inſtituit ſibi heredem Seium D ſuum filium,& alios filios,puta Gaium & Sempronium heredes:& credens Sempronium mortuum eſſe,exheredationẽ ita ſcripſit:cæteri omnes filij filiæq; meæ exheredes ſint.modo quæritur vtrum Gaius & Sempronius ſint exheredati?& de Gaio nõ eſt dubium ꝙ ſic.De errore autẽ quẽ habebat pater de Sẽpronio ſuo filio,quẽ.ſ.credebat mortuũ cum viueret,apud iudicẽ quæret: & ſi inuenietur patrẽ in dicto errore fuiſſe,non valebit in Sẽpronio exheredatio,aliàs ſic. [LVCIVS.] Lucius Titius habebat neptem ex filia prægnantẽ ad burgũ Panicalis pone:& ipſe Lucius Titius erat Boñ.infirmus.dicta neptis peperit in die Ioannis in media tertiæ vnum filium apud dictã villam.dictus eius auus ignorans eam peperiſſe,fecit teſtamẽtum in eodẽ die in hora.vj. & inſtituit ſibi heredem Gaium in dimidiam,& in alia dimidia illum quem credebat habere neptem in vtero. quæritur nunquid valeat inſtitutio illius quem credebat poſtumum,cum iam eſſet natus?Et dicitur ꝙ ſic:& ita natus habetur pro non nato. Viuianus.

E p *Meæ.* & comprehenduntur etiam poſtumi filij & filiæ: vt.j̃.de verb.ſigni.l.nomen filiarum.&.s̃.de teſta.tute.l.ſi quis filiabus.H.

q *Rectè.* ſecus ſi dicat omnes liberi,quia tũc dicitur inter cæteros & non valet:vt inſti.de exhe.lib.§.j.in prin.ſed in fœmina huic opponitur:quia videtur debere legato onerari:vt valeat cum exheredatur inter cæteros:vt hic fuit:vt inſti.de exhere. lib.§. ſed fœminini.Reſpon.hîc nominatim eſt facta: vt hîc ſubiicit. vel illud in fœminis poſtumis:hîc in iam natis.ſed prima placet.

r *Oportere.* quia neſciẽs ſe habere filium ſi prætereat, nõ valet teſtamentũ,ſiue miles ſiue paganus ſit:vt.C.de teſt.mili.l.ſicut certi. &.l.ſi cum. &.s̃.de inoffi.teſt.cum mater.& ecõtra ſi exheredat filios, nõ videtur exheredare quẽ ignorat habere:vt hîc: nec tutorẽ videtur ei dare,quem ignorat ſe habere: vt.s̃.de teſta.tute.l.ſi quis ita.§.ſi quis cũ ignoraret.An in inſtitutione generali idem? Reſpõ. idem:vt infra de here.inſtit.l.in tempus.§.j.&.l.quoties. §. ſi heres. idem ſi credat filium qui non eſt:vt.C.de here.inſtit.l.iiij.





UNED

a] quod eſt hora prima diei.

a *Albeſcente.* quod eſt in aurora: [a] aliàs caleſcente, quod eſt circa mediam tertiam.

b *Cum quo.* ſub.eo quo,&c.

c *Paulus reſpondit.* in ſeq. l. & continuatur cum iſta.in lib. domini Accurſij non eſt lex,hoc modo:Paulus ſcribit verba,&c.

Natus pro nõ nato habetur,& econtra.

Fauore teſtamenti, & propter ignorantiam teſtatoris natus habetur pro non nato. Bartolus.

Lucius Titius cũ ſuprema ſua ordinaret in ciuitate, & haberet neptem ex filia prægnatem rure agẽtem, ſcripſit id quod in vtero haberet,ex parte heredem.Quęro, cùm ipſa die qua Titius ordinaret teſtamẽtum in ciuitate,hora diei ſexta, eodem die albeſcẽte [a] cœlo rure ſit enixa Mæuia maſculum: an inſtitutio heredis valeat: cùm quo [b] tempore ſcriberetur teſtamentum,iam editus eſſet partus. Paulus reſpondit, [c] verba quidem teſtamẽti ad eum pronepotem directa videri, [d] qui poſt teſtamentum factum naſceretur:ſed ſi(vt proponitur)eadem die qua teſtamentum factum eſt, neptis teſtatoris antequam teſtamentum ſcriberetur, enixa eſſet, licèt ignorante teſtatore: tamen inſtitutionem iure factam videri,rectè reſponderi.

d *Videri.* ſic ergo natus pro non nato habetur: & econtra ſępe inuenitur. Io.vt.ſ̃.de ſta.ho.l. qui ĩ vtero.& ſic appellatiõe poſthumi iã natus continetur: & hoc propter ignorantiã defuncti. aliàs habes contra.j̃.de verb.ſigni.l. nomen filiarũ.&.ſ̃.de teſt. tu.l.ſi quis filiabus. Itẽ facit contra huic.l.j̃. de condi.& demon.l.ſi iã. &. l.ſi ita legatum.&.j̃. de leg.ij.l.ſi ita ſit.§.fin. Accurſius.

F*iliusfami.*] CASVS. Quidam imperator qui vocabatur diuus Auguſtus, fecit vnum edictum in quo continebatur quod pater nõ teneretur exheredare nominatim vel inſtituere filium ſuũ militem: imò ſi prætereat, valet nihilomin⁹ teſtamentum.illud edictum tollitur hic: & dicitur quod ſicut filius paganus debet nominatim exheredari à patre vel inſtitui ad hoc vt valeat teſtamentum,ita & filius miles,de quo dixi.ſ̃.eo.l.j.&.ij.Sequ. l.eſt clara.Viuianus.

e *Filiusfamilias miles ſimiliter.* aliàs deeſt ſimiliter.

f *Nominatim.* quid ſit nominatim exheredare,habes inſti.de exhere.li.§.j &.ſ̃.eo.l.ij.Azo.& no.ſ̃.eo.l.proxi.in prin.

g P*oſthumum ex qualibet vidua.* dummodo cum ea poſſit habere matrimonium:vt ſupra eo.l .ſi quis poſtumos. j. reſpon. Azo.& facit infra de verbo.ſignifi.l.malum.§.viduam.item facit ſupra eo.l.placet.

F*ilius à patre.*] CASVS. Filium meum Titium quem in poteſtate habebam, inſtitui mihi heredem in omnibus meis bonis ſub condi. ſi nauis ex Aſia venerit vſque ad annum: & ſi non venerit, exheredaui eum: & deceſſi.pendente dicta cõditione inſtitutionis & etiam exhereditationis deceſſit dictus meus filius. nunquid valet dictum meum teſtamentum, vt ſic dictus meus filius videatur mihi fuiſſe heres ex teſtamento dum vixerit: an vero non valet,vt ſic videatur fuiſſe meus heres ab inteſtato dum vixit? certè dicitur quòd non valet: quia dum vixit dictus meus filius, non fuit heres mihi ex teſtamento:quia conditio inſtitutionis nondum extiterat: neque exheredatus fuit, quia conditio exheredationis nõdum extiterat. ergo tempore mortis ſuæ inuentus fuit à me præteritus, & ſic non valere teſtamentum meum: & ſic eum eſſe mihi heredem ab inteſtato. ſecus autem eſſet ſi dictum meum filium inſtituiſſem mihi heredem in dimidia bonorum meorum ſi nauis ex Aſia venerit vſque ad annum:& ſi non venerit,eum exheredaui.& ita dixi poſtea,ſi filius meus deceſſerit ante cõditionem inſtitutionis vel exheredationis, inſtituo mihi Seium in alia dimidia bonorũ meorum: quia tunc mortuo dicto meo filio ante conditionem inſtitutionis vel exheredationis, valet teſtamentum meum, & exheredatio filij mei: & coheres dicti filij mei,ſcilicet Seius, habebit totam hereditatem meam ex teſtamento. [FILIVSFAMILIAS MILES.] Habebam filium militem qui vocabatur Titius, & in mea poteſtate, & nepotem ex eo in mea poteſtate ſimiliter, qui vocabatur Seius. hic miles meus filius fecit teſtamentum de caſtrenſi pec.ſuo,& inſtituit ſibi Gaium extraneum,& pręteriit filium ſuum Seium. poſtea militare deſiit: & reuerſus eſt domum: poſtea ego pater ſuus & auus filij ſui Seij deceſſi: & ſic Seius filius ſuus recidit in poteſtatem ſuam, & inuenit ſe ab eo præteritum. quæritur, an rumpatur dictum teſtamentum? & videtur quod non, quia certi ſunt modi per quos debet rumpi teſtamentum dictum:& hic non fuit aliquis de eis. Vnus modus eſt,ſi aliquis ſui iuris exiſtens poſt teſtamentum à ſe factum adoptauit ſibi aliquem in filium:quo caſu rumpitur teſtamentum eius. Secundus modus eſt ſi aliquis ſui iuris exiſtens poſt teſtamentum à ſe factum habeat filium ex vxore ſua:quo caſu rumpitur ſimiliter teſtamentum. Tertius modus eſt, quando aliquis ſui iuris exiſtens habet filium in poteſtate ſua, & ex eo nepotem in poteſtate ſimiliter, & facit teſtamentum, & inſtituit ſibi heredem filium, & nepotem ex eo præterit, & poſtea ante mortem ſuam teſtatoris moritur filius, & ſic ſuccedit nepos in locum filij quãtum ad proximitatem: quo caſu ſimiliter rumpitur teſtamentum. cum ergo in noſtro caſu non fuerit aliquis de dictis tribus modis, non videtur quòd teſtamentum dicti militis rumpatur. Sed certè dicta argumentatio facta ab inſufficienti partium enumeratione non valet. nam & ille modus qui euenit in noſtro caſu,eſt talis: quia ita bene debet facere rumpi teſtamentum ſicut ſupradicti tres.ergo rumpetur dictum teſtamẽtum dicti militis. fuit autem modus in noſtro caſu talis, vt dictum eſt:quia per mortem meam qui eram pater dicti militis, ſimul & ſemel fuit dictus miles factus ſui iuris, & filius ſuus militis ſub eiuſdem militis recidit poteſtatem: & inuenit ſe ab eo præteritum. Sed quid ſi dictus miles inſtituiſſet heredem dictum ſuum filium in poteſtate mei aui exiſtentem,vel exheredaſſet eum, & per mortem meam recidiſſet in poteſtatem dicti militis filius ſuus, vt dictum eſt: nunquid rumpitur teſtamentum? Et dicitur quòd non:quia dictus miles non eſt natus in poteſtate filij ſui aliquo nouo facto circa militem, vel circa filium ſuũ: ſed eſt natus in poteſtate ordine naturali: quia ordo naturalis eſt vt prius ego pater militis moriar quàm ipſe. ſed hæc ratio non videtur mihi ſufficiens nimis: vt ſupra eodem. l. filio. [SI QVIS EX CERTA.] Feci teſtamentum,& inſtitui mihi heredem illum qui naſcetur mihi ex Titia. poſtea ex Seia vxore mea filios habui. certè rumpitur teſtamentum meum. [SI QVIS EO.] Inſtitui mihi heredem eum qui mihi naſcetur ex Titia, quæ eſt minor. xxv. ann. & cuius ego vel pater meus fuimus tutores: & ſic nunc tempore teſtamenti mei non poterat mea eſſe vxor: quæ quidem Titia poſt. xxix. annum recipit à me vel à patre meo rationem & reliqua tutelæ:& ſic iuſte poſtea potui eam accipere in vxorem, & accepi: nunquid natus mihi ex ea poterit eſſe meus heres? Et dicitur quòd ſic, non obſtante quòd tempore quo naſciturum mihi ex ea mihi heredem inſtitui,non poterat eſſe vxor de iure:& idem ſi inſtitui mihi heredem eum qui mihi naſcetur ex Titia, quæ quidem Titia erat ancilla tempore teſtamenti mei, & ſic eam de iure habere in vxorem non poteràm:& ipſa poſtea fuit facta libera: & ſic certè poſtea potui eam accipere in vxorem, & accepi. nam natus ex ea mihi poterit eſſe meus heres. & quod dixi in dictis duobus caſibus, idem eſt in omni alio vbi tempore teſtamenti mei in quo inſtituo naſciturum mihi ex aliqua, ipſa non poteſt de iure exiſtere mea vxor, poſtea autem poteſt mutata eius conditione, & eam accipio in vxorem,& ex ea naſcitur mihi aliquis. Sed pone quòd ita dixi, ſi maſculus naſcetur mihi ex Titia, volo quòd ſit mihi heres in nouem vnciis: ſi autem fœmina, volo quòd ſit mihi hæres in tribus vnciis: nec dedi eis aliquem coheredem, nec ſubſtitui eos adinuicem: nec alium eis ſubſtitui: poſtea ex ea natus eſt mihi maſculus tantùm. certè ipſe ſolus erit heres. Viuianus.

Filiusfamilias miles poteſt exheredari ſicut paganus. Bartolus.

XXVI. PAVLVS *libro tertio Sententiarum.*

Filiusfamilias ſi militet, [e] vt paganus nominatim [f] à patre aut heres ſcribi, aut exheredari debet: iã ſublato edicto diui Auguſti, quo cautum fuerat, ne pater filium militem exheredet.

XXVII. IDEM *libro tertio ad Neratium.*

Poſtumũ ex qualibet vidua [g] natum ſibi filiũ heredem inſtituere poteſt.

Si exheredatio facta in conditionis defectum,non poteſt confirmari aditione, teſtamẽtum eſt nullum: & filius patri ab inteſtato ſuccedit:ſecus ſi poteſt confirmari. Bartolus.

XXVIII. TRYPHONINVS *libro vicenſimo Diſputationum.*

Filius à patre cuius in poteſtate eſt, ſub conditione [h] quæ

h *Conditione.* quæ non potuit impleri vltimo vitæ momento: puta ſi aſcenderit capitolium.dicitur tamen poteſtatiua:quia poteſtatiua dicitur duobus modis:vt.j̃.de cõdi.inſtitu.l.fina. vel dic quòd fuerit caſualis.Azo.

non eſt in ipſius poteſtate, heres inſtitutus, & in defectum conditionis exheredatus, deceſſit: pendente [a] etiam tunc conditione tam inſtitutionis quàm exheredationis. Dixi heredem eũ [b] ab inteſtato [c] mortuum eſſe: quia dum vixit, neque ex teſtamẽto [d] heres, neque exheredatus fuit. Herede autem [e] ſcripto ex parte filio, coheres poſt mortem filij inſtitui poteſt.

Qui morte aui recidit in poteſtatem patris, ſi antè reperitur inſtitutus, teſtamentum non rumpitur. Bartolus.

Filiusfamilias miles de caſtrenſi peculio fecit teſtamentum, habens *filium in eiuſdem [f] poteſtate. cũ militare deſiſſet, patre [g] eodémque auo [h] defuncto, quæſitum eſt, an rumpetur eius teſtamentum. Non quidem adoptauit: [i] nec hodie ei natus eſt filius, nec priore ſubducto de poteſtate ſuo herede, vlterior ſucceſſit in proximum locum: [k] ſed tamẽ in poteſtate ſua habere cœpit quem nõ habebat, ſimúlque paterfamilias factus eſt, & filius ſub eius recidit poteſtate. * Rumpetur ergo teſtamentum. Sed ſi heres ſit inſtitutus vel exheredatus iſte eius filius, nõ rumpitur, quia nullo circa eum nouo [l] facto, ſed ordine quodam naturali nactus eſt poteſtatem. Si quis [m] ex certa vxore natum ſcribit heredem, in periculum rumpendi teſtamentum deducit, [n] ex alia ſuſceptis liberis.

Poteſt quis inſtituere poſtumũ ex ea quæ tunc ſibi vxor eſſe non poteſt honeſta, ſed ſpes eſt quòd eſſe poſſit. Bartolus.

Si quis * eo tempore quo nondum eius vxor eſſe poſſet, teſtator natum [o] ex ea ſcripſit here- B dem, an poſtea contracto licito matrimonio natus, heres ex teſtamento eſſe poſſit, quæritur veluti ſi ſcribas hodie heredem qui tibi ex Titia natus erit, quando Titia ancilla, [p] vel minor annis vigintiquinque ea, cuius pater tuus tutelam adminiſtrauit, aut tutor tu ipſe fuiſti, poſtea Titia vxor iuſta tibi fuerit, vel libertatem adepta, aut tempore [q] annorum vigintiquinque, & vtilis anni, & rationum allegatione: [r]
C an natus heres eſſe poſſit? Nemo certè dubitabit, ex Titia quæ tũc propter tenorem ætatis vxor duci non potuit quando teſtamentum fiebat, natum poſtea ea vxore ducta, heredem [ſ] eſſe poſſe. Et generaliter nato poſt teſtamẽtum herede ſcripto, aditus eſt ad hereditatem, in qualicunque ſtatu [t] teſtamenti faciendi tempore fuerit quæ poſtea teſtatori ciuiliter nupta eſt. Quid autem ſi filium poſt teſtamentum natum ex beſſe, filiam autem poſt teſta-
D mentum natam ex triẽte ſcripſit heredem, nec vllum coheredem dedit, nec ſubſtituit inuicem alium? Vnus natus ſolus ex teſtamento fit heres. [u]

*poteſtatẽ.

*Allegatur iſte.§.ad hoc quòd matrimonium poteſt contrahi per cõſtitutum in vltimis, cauſa prolis legitimandæ: vt no.in l.nuper.C. de natu.libe. & in regula ſine culpa.& ibi Io.An. de reg.iur. lib.6.

a Pendente. pendet cum decedit: quia viuens decedit: ſed deficit ſtatim eo mortuo.
b Eum. filium.
c Ab inteſtato. ſcilicet patre mortuo.
d Neque ex teſtamento. quia non extitit conditio: inſtitutio non valet, nec exheredatio: vt ſubiicit, ſcilicet per cõſequens. nam non valet exheredatio vbi nullus eſt heres: vt.j.de cõtra tabu.l. filium. §. ſed cum exheredatio. cum ergo moritur, conſtat cõditionẽ impleri non poſſe, & ſic inſtitutionem nullã, & teſtamẽtum nullũ, & per conſequẽs exheredatio nulla: vt dixi. ſed in ſequẽti caſu inuenitur coheres inſtitutus poſt mortem filij: & ſic tenet teſtamẽtum & exheredatio.
e Herede autem. inſtitui filium ſub conditione ex ſex vnciis: & in defectum exheredaui, & Titium poſt mortem dicti filij inſtitui in aliis ſex vnciis dando eum coheredem filio poſt mortẽ. in puncto mortis filij deficit ei conditio, & ſuccedit eodem pũcto exheredatio: quę cum eodem pũcto inueniat heredẽ qui ſtatim eo puncto incipit eſſe heres, valet teſtamentum, & ſic exheredatio. Sed contra.j.de heredi. inſtitu. hereditas ex die. ſed dic ibi certa: vt not.s̃.eo.l.ſi ita.§. fina. Sed Py. dicit quòd hic fuit filius ſubſtitutus: ſed malè diceret coheres. Itẽ nec ob.ſupra eo.l.ſi ita.§.fin. quia ibi fuit filius tantum exheredatus: hîc inſtitutus tantùm ſub cõdi. ſecũdũ Azo. vel ibi ſe mortuo tantùm inuenit ſe exheredatum: hîc ſe viuo: ad quod eſt infra eo.l.Gallus.§.in omnibus.& facit. C.de inſtitu.& ſubſtitu.l.iiij. &.j̃.de here.inſti.l.ſuus.&.l.iam dubitari.&.s̃.eo.l.ſi filius heres.
f In eiuſdem. cuius & ipſe erat.
g Patre. reſpectu filij. Accurſius.
h Auo. reſpectu nepotis. Accurſius.
i Non adoptauit quidem. poſt factũ teſtamẽtũ.& incipit ratiocinari.
k Locum. ex quibus videtur rumpi teſtamentum. ab inſufficienti enim partium enumeratione argumentatur. Et not. quatuor modos rumpendi teſtamentum, & quatuor modos naſcendi poſtumos, vel quaſi poſtumos: & hoc vt not. in rubri. C. eo.
l Nouo facto. maximè, ſubaudi: vt probatur ſupra eo.l.filio quem. in princi.&.§ fi. Azo. & facit infra tit.j.l.certum. & de mili.teſt.l.ſi filius.in princi.&.§.fi.&.l.ſi filius. Hugo.
m Si quis ex certa. ſecus ſi nullius vxoris habita mentione, ſed ſimpliciter: vt.s̃.eo.l.placet.&.l.ſeq. Sed Py. litera eſt exſecta, ad quod eſt.s̃.eo.l.quod dicitur. Accurſius.
n Deducit. ſ.ſe vel teſtamentum. rumpitur enim. arg.s̃.e.l.commodiſſimè.
o Natum. expone vt.s̃.eo.proxi.§.id eſt naſciturum. ſic.j̃.de leg.iij. l.etiam. Azo. Vel dic natum nunc. non tũc. ſ. tempore inſtitutionis.
p Ancilla. cum qua non poteſt eſſe matrimonium, ſed contubernium: vt.C.de inceſt.nup.l.cum ancillis.& de adul.l.ſerui. & infra de adul.l.inter liberas. Azo.
q Tempore. tranſacto ſubaudi.

o *Poteſt.* hoc fortè à cōpilatoribus eſt additū, cū Theodoſius videatur inueniſſe: & ſunt quinque teſtes in hac voluntate neceſſarij: vt. C. eod. l. hac conſultiſſima. §. ſi quis autem. & dic plenè vt ibi not. Itē facit inſti. eod. §. ex eod. & §. j.

*Hanc legē tulit Pertinax imperator, vt refert Iulius Capitolinus in eodem.

P*Oſtumi.*] CASVS. vſq; ad. l. ſi quis filio. eſt talis: Mæuius facere volens teſtamētū, quęſiuit ab Vlpiano cō ſiliū qualiter poſſet facere vt non rumperetur: & dixit ei: Domine ego ſpero habere poſtumos naſcituros ex me & filiis meis maſculis. dicit ei Vlpianus: Frater, ſi tu vis quòd teſtamētum tuum non rumpatur per dictos poſtumos, inſtituas eos heredes, vel nominatim exheredes eos. nam ſi inuenirent ſe præteritos tempore quo naſcerentur, rumperent teſtamentum tuum. & ſi tu vis ſcire qui ſunt illi poſtumi qui rumperent teſtamentum ſi non eſſent à te inſtituti, vel nominatim exheredati: ego dicam tibi. nam ſunt illi qui naſcentur poſt mortem tuā ex te vel ex filio, vel nepote vel pronepote tuo, vel ex aliis tuis deſcendentibus per virilem ſexum, qui poſtumi inueniunt ſe proximiores tibi tēpore quo naſcuntur. Item & illi qui poſt factum à te teſtamētum in vita tua naſcentur, ſiue exheredes eos antequam inſtituas tibi aliquem heredem, ſiue inter medias duorum tuorum heredum inſtitutiones, ſiue inter inſtitutum à te & ſubſtitutum, ſemper non rumpetur teſtamentum tuum per eorum agnationem. & eſt ratio quare non: quia idem eſſet filio tuo iam nato. & ratio diuerſitatis non poteſt reddi inter filium iam natū & poſtumos: ergo idem ius debet ſtatui. ex his autem quæ diximus in hac. l. & ſupra. eo. l. j. ij. reſpon. ſcilicet poſtumi præteriti agnatione rumpi teſtamētum, iam nato autem præterito ab initio teſtamētum nullum eſſe, apparet tibi quod alia cauſa eſt filiorum iam natorum, alia poſtumorū. nam iam nati præteriti iniuſtum & ipſo iure nullum faciūt teſtamentū à principio & ex poſtfacto: poſtumi autem inuenientes ſe præteritos rūpunt teſtamentum ita demum ſi naſcantur. Item ſcias, dicit Vlpianus, quòd ſi tu facias teſtamētum, & inſtituas tibi heredem poſtumum, vel eum nominatim exheredes, & ſic ſtetit firmū hoc teſtamentum, & poſtea facias aliud teſtamētum in quo prędictum poſtumum prætereas, & poſtea naſcatur tibi dictus poſtumus. i. ſiue poſt mortem tuam, ſiue adhuc te viuo: vtrūque prædictorū tuorū teſtamentorum eſt ruptum: ſcilicet primum per ſecūdum. nam ſecundum valuit tandiu quandiu natus fuit poſtumus, vt tibi iam dixi: & ita potuit rumpere primum: vt. s̄. e. l. j. iij. reſpon. ſecundū autē eſt ruptum per agnationem dicti poſtumi. & ſi tu vis ſcire quid eſt nominatim poſtumum exheredare, dico tibi: quia ſiue ita dixeris, quicunque mihi naſcetur, exheres eſto: ſiue ita, quicūque mihi naſcetur ex Seia, exheres eſto: ſiue ita, venter exheres eſto: ſiue ita, poſtumus exheres eſto: ſemper erit nominatim à te exheredatus: & per ſuam agnationem non rumpet teſtamētum tuum. & hoc dico verum eſſe ſiue naſcatur poſt mortem tuā, ſiue in vita tua poſt factam dictam exheredationem. [LICET AVTEM.] Adhuc loquitur Vlpianus ex viuo, & dicit ei: quamuis dixerim tibi in princ. huius. l. quòd poſtumus præteritus rumpit teſtamentum tuum per ſuam agnationem: tamen quandoque partem rumpit, partem nō, puta ſi inſtituas tibi heredem Titium, & poſtumum tuum exheredes, & poſtea ſubſtituas dicto Titio Seium: & in dicto ſecūdo gradu ſubſtitutionis nihil dicas de dicto poſtumo, & ita eū prætereas.

ff. Infort.

nam hoc caſu primus gradus, id eſt inſtitutio Titij à qua fuit poſtumus exheredatus, valet. Secundus autem, id eſt ſubſtitutio Seij, ruptus & rupta eſt: quia ab eo & ab ea fuit poſtu. pręterit⁹. & adeo eſt hoc verum, quòd ſi deliberante dicto Titio primo gradu à te ſcripto naſcatur poſtumus, & ita naſcatur eo tempore quo Seius Titio à te ſubſtitutus ad ire nõ poterat ex ſubſtitutione: & poſteaTitius inſtitutus repudiet ex inſtitutione: nõ poterit obtinere ex ſubſtitutiõe Seius hereditatem tuã: nam in gradu ſecundo prædicto à quo poſtumus fuit præteritus, vt dictũ eſt, rupto & infirmato per natiuitatẽ dicti poſtumi, licèt fuit natus deliberante inſtituto, non poteſt amplius inde hereditas obtineri. & prædicta probo tibi à ſimili. video enim ꝙ ſi inſtitueres tibi heredẽ dictum Titiũ ſub cõditione ſi nauis ex Aſia venerit vſq; ad annum, & nõ exheredes dictũ poſtumum, ſed prætereas: & pendente cõditione dictæ inſtitutionis Titij naſcatur poſtumus: & ita naſcatur poſtumus eo tẽpore quo inſtitut⁹ adire non poterat: rũpitur gradus dictæ inſtitutionis cõditionalis: adeo ꝙ ſi poſtea conditio exiſtat, nõ poteſt habere Titius inſtitutus hereditatẽ. ergo idem eſt in noſtro caſu vbi Titius inſtitutus purè deliberabat, & interĩ poſtumus eſt natus. ſed & ſi inſtituas tibi Titiũ heredem ſub cõditione prędicta, & poſtumũ præteriiſti:

* Scripſerat Vlpia. virilis ſexus, vt patet ex frag. Vlpi. tit. II.

* Vide Ant. Aug. li. I. c. 2. vbi docet hanc lectio. eſſe corruptã ĩ omnib. editionibus pro, poſteriorũ, tamẽ qđ eſt Flo. legitur in omnib⁹ manuſcr. poſtumorũ, rectè.

III. Idem *libro tertio ad Sabinum.*

POſtumi per virilem [a] ſexum * deſcendentes, ad ſimilitudinem filiorũ nominatim [b] exheredandi ſunt, ne teſtamentum adgnaſcendo rumpant. Poſtumos autem dicimus eos dũtaxat, [c] qui poſt mortẽ parentis naſcuntur. Sed & hi [d] qui poſt teſtamentum factũ in vita naſcuntur, ita demũ per legem Velleam [e] rumpere teſtamentum prohibentur, ſi nominatim ſint exheredati. Vnde etiam ante heredis inſtitutionẽ, vel inter medias heredum inſtitutiones, vel inter gradus [f] exheredari poſſunt. Nam diuus Marcus decreuit idem in poſtumo, [g] quod in filio ſeruandum: nec ratio diuerſitatis [h] reddi poteſt. Ex his [i] apparet aliam cauſam eſſe filiorum ſuperſtitum, aliam poſteriorum. * Illi [k] iniuſtum faciunt, [l] hi rumpunt: illi ſemper, hi [m] ſi naſcãtur, [n] nec inueniãt ſe exheredatos. Sed & ſi ſit ante hoc [o] aliud teſtamentũ à quo poſtumus exheredatus ſit, [p] placet, ſiue poſt mortem teſtatoris naſcatur, ſiue viuo teſtatore, [q] vtrũque ruptum eſſe, & ſuperius per inferius, [r] & inferius per poſtumum. [ſ]

ſta. l. ſi quis filium. §. ſi. & inſti. de exhere. libe. §. ſed fœminini.

A c *Dumtaxat.* Corrigitur hoc ſtatim. §. proxi. Vel ſub. hîc propriè ex vi verbi, quaſi poſt humationem patris natus: argu. inſtit. de dona. eſt & aliud. Accurſius.

d *ſed & hi.* & eſt plana. aliàs, ſed cum hi. & eſt defectiua: ſed tũc vbi dicit, inter gradus exheredari poſſunt: ſupple, placet etiam in his idem dicendum eſſe qđ in verè poſtumis.

De re quæ non habet nomen proprium, dicitur nominatim diſponi ſi ſub nomine ſui generis nominetur. Bartolus.

Nominatim [t] autem exheredatus poſtumus videtur, ſiue ita dixerit, [u] *Quicunque mihi naſcetur.* ſiue ita, *Ex Seia.* ſiue ita, *Venter exheres eſto.* Sed & ſi dixerit, *Poſtumus exheres eſto*: natus vel poſt mortem, vel viuo teſtatore, non rumpet. [x]

B

Poſtumus rũpit eum gradum vel ſpem eius gradus à quo reperitur præteritus, & quod dependet ex eo: quod autem non conſiſtit re nec ſpe, rũpi non poteſt. hoc dicit cũ duabus. ll. ſeq. Bart.

Licèt autem poſtumus præteritus adgnaſcendo rumpat, tamẽ interdũ euenit vt pars teſtamenti rumpatur: vtputa ſi proponas à primo gradu poſtumum exheredatum, à ſecundo præteritum. nam hic [y] primus [z] gradus valet, ſecundus ruptus eſt.

C

IIII. Idem *libro quarto Diſputationum.*

DEnique & deliberantibus primo gradu ſcriptis heredibus: * qui ſecundo gradu ſcripti ſunt heredes, obtinere hereditatem non poſſunt. [a] Gra-

e *Velleam.* in primo capite: vt. s. titu. proximo. l. Gallus. §. nunc de lege.

f *Gradus.* inſtitutorum & ſubſtitutorũ: & ſupple, vt poſt gradus: vt. C. e. l. j. Accurſius.

g *Idem in poſtumo.* quòd debeat inſtitui, vel nominatim exheredari. de filio enim conſtat: vt. s. titu. j. l. inter cætera. & ſic ad principiũ huius. l. ſe refert. vel dic ad, pxi. ibi, vel intra gradus. vel quandocũque, vt etiam filius de quo cõſtat: vt j. titu. j. l. iij. §. j. ij. §. & . iij.

h *Diuerſitatis.* ergo idẽ ius. ſic. C. eo. l. j. & infra de verborum obliga. l. à Titio. & s. ad. l. Aquil. l. illud. & . C. de conſtitu. pecu. l. fina. H. & ſupra de leg. & ſenatuſcõſul. l. de quib⁹. §. inueterata.

i *Ex his.* quia dixit in principio legis poſtumum adgnaſcẽdo rumpere: at natus præteritus nõ rumpit, ſed facit eſſe nullum: vt ſupra titu. j. l. inter.

k *Illi.* ſ. iam nati.

l *Faciunt.* ſcilicet ab ipſo initio.

m *Hi.* ſ. poſtumi.

n *Si naſcantur.* ad nullum declinantes monſtrum [a] vel prodigium: vt infra de verbo. ſignifi. l. quæret. & l. oſtentum. & . C. de poſtu. l. iij. & ſupra de ſtatu ho. l. non ſunt. Sed viderur quòd debeant haberi pro natis: vt ſupra de ſtatu homi. l. qui in vtero. & infra de verbo. ſignifica. l. quod dicimus. Sed hîc ſpeciale, ideo quia dubium eſt an naſcatur viuus, an mortuus: quia cum mortuus naſcitur, nec conceptus videtur: vt infra de verbo. ſignifi. l. qui mortui. Azo. ſed ſic ſemper poſſet dici. vnde fauor ne teſtamentum rumpatur, facit differre.

D

* Quidã putat hîc deſiderari hæc verba, defũcto poſtumo. ego aliter ſentio.

a] Monſtroſus quis dicatur, & quando rũpat teſtamentũ: & omnino mõſtroſi materiã vide in. l. nõ ſunt liberi. & ibi doc. ſupra de ſta. ho.

& Titio prędicto ſubſtituiſti Seiũ: & in ſubſtitutione ſimiliter prętериiſti poſtumũ: & pendente cõditione dicti Titij inſtituti natus fuit poſtumus: poſtumo potius locus erit ad hereditatẽ tuã quàm dicto inſtituto vel ſubſtituto, & hoc ſiue exiſtat poſt natiuitatem poſtumi cõditio inſtituti, ſiue deficiat. & hoc ideo, quia per ſuam natiuitatem rũpit poſtumus gradum dicti inſtituti & etiã ſubſtituti à quibus fuit præteritus: vt dictum eſt. Si autẽ poſtumus dictus natus fuit poſt defectũ conditionis prædicti Titij inſtituti, non rũpit gradum dicti inſtituti: quia inuenit eum nullum, propter defectum dictæ cõditionis. rumpit tamẽ gradum dicti ſubſtituti à quo fuit præteritus: & ita cum inueniebat gradum inſtituti ruptum, & rumpat gradũ ſubſtituti, habet ſibi hereditatem tuã. & hoc vſque ad. l. nam & ſi. §. rũpendo. Ibi autem dicit: Pone quòd dictus poſtumus fuit præteritus à dicto inſtituto ſub dicta cõditione: & fuit exheredatus à dicto ſubſtituti gradu, & poſtea nat⁹ fuit poſtumus eo tẽpore quo inſtitutus viuebat: & ita natus fuit eo tempore quo inſtitutus poterat habere hereditatem tuã conditione exiſtente, & ita pendet ſecundus gradus ex primo: nõ ſolùm certè primus prędictus gradus ruptus eſt, à quo fuit poſtumus præteritus, ſed etiam ſecundus à quo fuit poſtumus exheredatus: qui ſecundus pendebat ex primo à tẽpore natiuitatis poſtumi, vt dictũ eſt: & ita in totum teſtamentũ ruptum eſt per dictã natiuitatem poſtumi: & ſic habet totã hereditatem poſtumus: ſecus autẽ eſſet in filio tuo iam nato. nam ſi filiũ tuum iam natum à gradu inſtituti præteriiſti, & à gradu ſubſtituti exheredaſti: licèt gradum inſtituti faciat ipſo iure nullum, gradũ tamen ſubſtituti valere patitur. Et eſt ratio plana, vt not. s. tit. j. l. iij. §. fina. & hoc dicit vſque ad. l. ſi quis filio. Viuianus.

a *Per virilem.* ſecus ſi per fœmininum: vt ſupra titu. j. l. Gallus. §. nunc de lege. & inſtit. de exhere. libe. §. mater. & infra de contra tabu. l. illud. §. ad teſtamenta. Hug.

b *Nominatim.* quod dic vt infra eod. §. nominatim. & . C. de libe. præte. l. ſi. in ſi. ſed hodie non poteſt exheredari: vt. C. de inoffi. te-

o *Sed & ſtante hoc.* ſcilicet teſtamento quo poſtumus eſt exheredatus nominatim, vt præcepit fieri in princi. huius. l. ADDITIO. Ita prius legebatur, ſi ſtante hoc. ſed Florentina lectio eſt, vt in textu nunc legitur.

p *Non ſit.* ſcilicet præteritus. ADDITIO. Florentiæ quoque deeſt negatio, non.

q *Teſtatore heres.* id eſt poſtumus. aliàs deficit heres.

E

r *Per inferius.* ſecus in iam nato, in primo exheredato, in ſecundo præterito: vt. s. tit. j. l. ſi. filius qui. Accurſius.

ſ *Per poſtumum.* in eo præteritum. H.

t *Nominatim.* exponit quod in princ. l. dixit. vel dic vt ibi.

u *Siue ita dixerit.* & hic eſt alius modus exheredandi.

x *Non rumpet.* ipſo iure, ſed per querelam: vt ſupra de inoffic. teſta. l. poſtumus. & facit infra de ven. in poſ. mit. l. j. §. ſed ſi exheredatio.

y *Nam hic.* aliàs, nam et ſi. dic, etſi, pro quãuis. & . j. ſubaudi, tamẽ ſecundus &c. aliàs deficit, ſi. & eſt plana. & dic ruptum eſt ſtatim nato poſtumo: vt. j. l. proxi. quæ continuatur cum iſta.

z *Primus.* ſecus econtra: vt. j. eo. l. nam & ſi. §. fina.

a DEnique. *Non poſſunt.* tum quia primi nõdum repudiant: tum quia eorum gradus etiam nunc nullus eſt, etiam ſi moritur poſtumus: vt ſupra tit. j. l. ſi poſtumus à primo. & . l. ſi à primo. in ſi. & . l. proxi. quæ continuatur cum iſta.

*Nam etſi.*

du enim rupto & infirmato, amplius hereditas inde obtineri nō poteſt.

V. IDEM *libro tertio ad Sabinum.*

NAm etſi [a] ſub conditione ſit heres inſtitutus quis, à quo poſtumus non eſt exheredatus: tamen pendente conditione [b] rumpitur [c] gradus, [d] vt & Iulianus ſcripſit. Sed & ſi ſit ei [e] ſubſtitutus quis, etiam deficiente conditione primi gradus [f] non admittetur ſubſtitutus: à quo ſcilicet poſtumus exheredatus non eſt. [g] Puto igitur exiſtente [h] quidem conditione primi gradus, poſtumo potius [i] locum fore. Poſt defectum autem cōditionis natus poſtumus gradum non rūpit: quia nullus eſt. [k] Rumpendo autem teſtamentum, ſibi locum facere poſtumus ſolet, [l] C quamuis [m] filius [n] ſequētem gradum à quo exheredatus eſt, patiatur valere. Sed ſi [o] à primo gradu præteritus, à ſecundo exheredatus ſit: ſi eo tempore naſcatur poſtumus, quo aliquis ex inſtitutis vixit: [p] totum teſtamentum ruptum eſt. nam tollendo primū gradum, ſibi locum facit.

Nepos præteritus ita demum rumpit teſtamentum, ſi tempore mortis aui eum filius non præcedit verè vel fictè: ſed ab inteſtato B ſuccedit vt ſuus, ſi tempore quo teſtamentum deſtituitur, proximus reperitur: ſi in vita aui fuit conceptus. h. d. vſque ad. §. ſiue autem.

VI. IDEM *libro decimo ad Sabinum.*

SI quis filio exheredato, nuru prægnante relicta deceſſerit, & extraneum ſub conditione inſtituerit, & pendente conditione poſt mortem patris, vel deliberante herede inſtituto de adeunda hereditate exheredatus filius deceſſerit, & nepos fuerit natus, an rumpat teſtamentum? Et dicemus teſtamentum non rumpi: [q] cum nec exheredari

a *Nam etſi.* probat ſubtiliter quod dixerat, à ſimili. rumpit enim, ſcilicet natus gradum ſubſtitutorum: licèt eo tempore naſcatur quo nō poterat hereditas à ſubſtitutis adiri. Et dic rumpere quantum ad hoc, ne poſſit adiri hereditas à ſubſtitutis. ſic & in ſequenti caſu rumpit gradum inſtitutorum ſub conditione à quibus erat præteritus: licèt naſcatur eo tempore quo nondum poteſt adiri hereditas ab inſtitutis. Hug.

b *Pendente conditione.* ſi naſcatur poſtumꝰ. Azo.

c *Rumpitur.* nato poſtumo. & hoc probat per ſimile.

d *Gradus.* ne poſſit adiri hereditas ab inſtitutis: vt & ſupra titu.j. poſtuma. & facit ſupra ad Vell.l.aliquādo.§. ſi ſub cōditiōe.&.j. de acqui. here.l.cū hereditas.§.j.

e *Sed & ſi ſit ei.* inſtituto ſub conditione. Supereſſe hic negationem quidā notant.

f *Primi gradus.* inſtitutionis.

g *Exheredatus non eſt.* idem & ſi fuerit exheredatus: vt infra.§. fina. & ſupra.l. proxi. Hug. ſed Azo ponit hic quòd à primo fuit exheredatus: vt ſupra. l.iij.§. fina. & ibi adiungit hūc.§. quo caſu bene diſtinguitur ſit exheredatus à ſubſtituto, vel non.

h *Exiſtente.* conditione ſub. quod probatur per princ. huius.l.

i *Poſtumo potius.* quàm ſubſtituto. Accurſius.

k *Quia nullus eſt.* ſimilia.ſ. de ædil. edict.l. bouem.§.fi. & de capi. demi.l.liberos.§.fi.&.j.de vſufru.leg.l.Sempronius.circa prin.&.ſ. rerum amo.l.ſi concubina.in princ.&.j. de leg.j.ſi fundū.§. penul. Sed arg.cōtra.ſ.de feriis.l.j.§.ſi vero.&.ſ.de act.emp.l.ex empto.§. is qui.& infra eo.l.qui vxorem.&.ſ.vſufruct.quemad.caue.l.iij.§.j.

l *Solet.* & totum rumpit: vt infra proxi. quamuis &c. & eſt ratio vt not.ſupra titu.j.l.iij.§.fi. Accurſius.

m *Quamuis.* hic verſus optimè eſſet in fine legis.

n *Filius.* iam natus præteritus. Accurſius.

o *Sed ſi.* aduerſatur ei quod de filio, nō quod de poſtumo dicit.

p *Vixit.* alioquin cum nullus ſit primus, non rumpitur ſecundus à quo eſt exheredatus: vt infra de ven.in poſ.mit.l.j.§.ſi venter.ibi, quòd ſi non viuant. Accurſius.

SI *quis filio.*] CASVS. in hac.l.vſque ad.§.irritum, eſt talis: Titius habebat filium Seium, qui Seius habebat vxorem prægnātem. fecit hic Titius teſtamentum: & exheredauit dictum ſuum filium, & Gaium extraneum inſtituit ſibi heredem ſub conditione, ſi nauis venerit ex Aſia. mortuo Titio, & pendente conditione inſtitutionis dicti Gaij, dictus filius exheredatus deceſſit: vel etiam poſt exiſtentem cōditionem. deliberante dicto herede inſtituto dictus exheredatus deceſſit: & poſtea natus fuit nepos qui erat in ventre vxoris Seij tēpore teſtamenti Titij. quæritur, an hic nepos rumpat teſtamentū Titij aui ſui? Et videtur quòd ſic: quia nō fuit ab auo inſtitutus vel exheredatus, ſed præteritus. Dicit tamen hīc quòd non rumpit: quia non fuit neceſſe exheredari vel inſtitui dictū nepotem in ventre exiſtentem, cum pater dicti nepotis non præcedebat tēpore teſtamenti Titij aui. & ita inſtitutus prædictus habebit totā hereditatem Titij exiſtente conditione ſuæ inſtitutionis, vel cōpleta ſua deliberatione, quam cœpit facere poſt exiſtente cōditione inſtitutionis, & volente eo inſtituto hereditatē habere. Sed quid ſi nolit habere inſtitutus hereditatem? Certè erit dictus nepos ſuus heres ab inteſtato auo ſuo. & vtrūque de prædictis habet propriam rationem. & primū habet talem rationem: quia ille demum agnaſcendo rumpit teſtamentum, quem nemo præcedebat tempore mortis teſtantis. in noſtro autē caſu præcedebat filius nepotem naſciturum. vnde, ſicut dictū eſt, non fuit neceſſe quòd dictus nepos inſtitueretur vel exheredaretur. Secundum autem habet talem rationem: quia ille ſuccedit ab inteſtato illi qui mortuus eſt, cui eſt delata hereditas mortui, & nulli alij ante eum: filio autē A prædicto exheredato nō fuit delata hereditas patris ſui ab inteſtato, quāuis inſtitutus à patre repudiauit: quia deliberāte inſtituto, vel pēdente adhuc conditione inſtitutionis inſtituti, deceſſit dictus filius exheredatus. iſtud tamē, ſcilicet ꝙ dictus nepos ſuccedat auo ab inteſtato inſtituto p̄dicto repudiāte: ita demum verum eſt, ſi tēpore mortis dicti ſui aui fuit nepos prædictus in vtero vxoris filij, ſicut & in principio caſus dixi. Si autē poſt mortem aui fuit conceptus, & mortuo patre ſuo natꝰ: certè nō venit ad hereditatē aui de iure ciuili tāquam ſuus heres aui: nam nō erat adhuc animal tēpore mortis aui: neque ad bonorū poſſeſſionē de iure prætorio tanquam nepos ſiue cognatus aui. Sed quid retēto eodem caſu ſi dictus nepos erat in vtero tempore mortis aui: pater autē ſuus erat apud hoſtes, & deceſſit apud hoſtes poſt mortem dicti aui? nunquid nepos prædictus ab auo præteritus (vt dictū eſt) rumpit teſtamentū aui naſcendo poſt mortē aui? Et dicitur quòd ſic. nā hoc caſu bene fuit neceſſe ꝙ auus inſtitueret eum vel exheredaret: quia pater eius nepotis non præcedebat eum nepotem tempore mortis aui: quia non creditur fuiſſe in rebus humanis dictus filius apud hoſtes captus tempore mortis aui: quia apud hoſtes deceſſit. quamuis ſi dictus filius fuiſſet reuerſus ab hoſtibus poſt mortem aui prędicti qui erat ſuus pater, & inueniſſet ſe ab eo præteritum, faceret teſtamentum eius iniuſtum, & ipſo iure nullum. Sed quid ſi dictus filius ab hoſtibus captus ſuſcepit nepotem apud hoſtes, quia vxor eius iuit ad eum, vel fuit capta cum eo: & hoc viuente auo prædicto, & in ciuitate D exiſtente: & poſtea moriatur apud hoſtes dictus filius, & poſtea moriatur auus in ciuitate, qui auus fecerat teſtamentum tali modo vt dictum eſt ſupra, & poſtea nepos reuertatur ab hoſtibꝰ cum matre ſua? certè rumpit teſtamentum aui inueniens ſe in eo præteritum. ſicut enim filius ab hoſtibus rediens & inueniens ſe præteritum ab eo auo qui eſt ſuus pater, habet poſtliminium, & rumpit teſtamentum aui, vt dictum eſt: ita etiam hic nepos. non enim eſt vis vtrum nepos fuit conceptus in ciuitate viuo auo, an verò apud hoſtes fuerit conceptus, & redeat tali modo vt dictum eſt. vel dicatis quòd nepos fuit reuerſus cum patre & matre: vt notaui in libro meo. Per ea ergo quæ dicta ſunt, apparet quòd ſui heredes ſuccedēdo.i.naſcendo poſt factū teſtamentum, nō rumpunt teſtamentum, ſcilicet ſiue ſint in eo inſtituti, ſiue ſint in eo exheredati ab eo gradu ad quem defuncti hereditas defertur. ſ. ſi ille gradus à quo exheredati ſunt dicti filij heredes, valeat, vt quia cōditio inſtitutionis illius qui erat inſtitutus in dicto gradu, à quo gradu exhe- E redatus eſt ſuus, extitit, & inſtitutus adiuit, vel inſtitutus purè in tertio gradu adiuit, vt dictum eſt in princ. huius caſus. aliàs ſi non valeret dictus gradus, non eſſet dubitari neceſſe quòd non rumperetur: quia ille gradus qui nullus eſt, non poteſt rumpi: vt.ſ.l.proxi.§. poſt defectum. ſiue ergo valeat, ſiue non valeat ille gradus à quo ſuus exheredatus eſt, nō rūpit eum dictus ſuus. Quòd autem dictum eſt in verſi. ſed & ſi pater &c. quòd nepos præteritus ab auo ſuccedens in locum patris ſui ab hoſtibus capti rumpit teſtamentum aui, verum eſt. ſecus autem eſſet ſi inueniret ſe inſtitutum vel exheredatum: quia tunc non rumperet teſtamētum dicti aui. & quod dictum eſt de captiuitate patris: idem eſt de morte dicti patris, vel alia pœna filio irrogata per quam exiuerat de poteſtate teſtantis. nam ſemper non rūpit nepos teſtamentum aui, ſi inueniat ſe ab eo inſtitutum, vel exheredatum. Viuianus.

q *Non rumpi.* ipſo iure: vt.ſ.titu.proxi.l.ſi quis poſtumos.§. ſi filiū. ſed per querelam: vt.C.de inoffi.teſta.l.ſi quis filium. Accurſius.

dari huiuſmodi [a] nepos debuerit ab auo, quem pater præcedebat. Planè ſi fortè inſtitutus omiſerit hereditatem, hunc auo ſuo futurum heredem ab inteſtato [b] nõ dubitatur. vtrumque propriis rationibus. Nam adgnaſcendo quidem is rumpit quẽ nemo pręcedebat mortis [c] tempore: ab inteſtato [d] verò is ſuccedit, cui ante eum alij non eſt delata hereditas. [e] Non fuiſſe autem filio delatam hereditatem apparet, cum deliberante inſtituto deceſſerit. ſed hæc ita, [f] ſi mortis aui tempore in vtero nepos fuit. Cæterùm ſi poſtea cõceptus eſt, Marcellus ſcribit neque vt ſuum, neque vt nepotem aut cognatũ ad hereditatẽ vel ad bonorum poſſeſſionem poſſe admitti.

Sed ſi pater [g] eius qui mortis aui tempore in vtero fuit, apud hoſtes erat: nepos iſte, patre in eadẽ cauſa decedente, poſt mortem aui ſuccedendo teſtamẽtum rumpet: quia ſupraſcripta perſona ei non obſtat. Nec enim creditur in rebus humanis fuiſſe, cum in ea cauſa decedat: quanquam captiuus reuerſus, patris ſui iniuſtum faceret teſtamentum, in eo præteritus.

Nepos apud hoſtes ſiue in ciuitate conceptus, ſi præteritus reperitur, teſtamentum rumpit: niſi poſtumus ſit inſtitutus vel exheredatus. hoc dicit.

Siue autẽ in ciuitate nepos fuit cõceptus, ſiue apud hoſtes: quoniam datur [h] & partui poſtliminium, ſuccedendo teſtamentum
B rumpit. Succedendo itaque ſui non rumpunt, ſiue fuerint inſtituti vel exheredati ab eo gradu ad quem hereditas defertur: ſcilicet ſi gradus ille valeat. [i] Quocunque [k] autem modo parentes præcedentes in poteſtate eſſe deſierint: ſuccedentes liberi ſi fuerint inſtituti vel exheredati, non rumpent teſtamentum, ſiue per captiuitatem, ſiue per mortem vel pœnam.

Eius qui perdit ciuitatem vel li
C bertatem vel vitam per ſentẽtiã, teſtamentum rumpitur: fallit in milite, ſi ei per ſententiam à iudice reſeruetur. hoc dicit vſque ad. §. eius qui.

Irritum fit teſtamentum, quotiens ipſi teſtatori aliquid contigit: puta ſi ciuitatem amittat per ſubitam ſeruitutem, ab hoſtibus verbi gratia captus: [l] vel ſi maior annis viginti ve-

a *Huiuſmodi nepos*. qui naſcitur ex filio mortuo poſt auum. aliàs ſecus: vt inſti. de exhere. lib. §. poſtumorum.

b *Ab inteſtato*. non ergo obſtat iure inteſtati, id eſt, heres omittens quod obſtabat iure teſtati, ſcilicet ſi heres adeat: quia excluditur nepos: vt infra vnde liberi. l. ſcripto. Accurſius.

c *Mortis*. ſcilicet teſtatoris: vt inſtitu. de heredi. ab inteſta. §. ita demum. & infra eo. l. poſtumorum.

d *Ab inteſtato*. ratio ſecundi dicti.

e *Hereditas*. vt inſtitut. de here. ab inteſt. §. cum autem quæritur. & inſtitu. de legi. ag. ſuc. §. ꝓximus. & infra de ſuis & legi. l. poſt cõſanguinitatem. §. proxi.

f *ſed hæc ita*. facit infra de ſuis & legitim. l. j. §. ſciẽdum. &. l. Titius. & infra vnde cogna. l. j. §. ſi quis proximior. & qđ not. inſtitu. de here. ab inteſt. §. cum autẽ quæritur.

g *Sed ſi pater*. facit ſupra tit. j. l. Gallus. §. quid ſi is. &. §. in omnibus. & §. videndũ. & infra eod. l. penul. Sed contra ad finem huius. §. infra eo. l. ſed nec. ſolu. ibi.

h *Quoniam datur*. vt. C. de cap. l. j. & not. ſ. ex quibus cau. maio. l. ab hoſtib⁹. §. j. & ſupra tit. j. l. Gallus. §. ſi eius. Accurſius.

i *valeat*. poteſt enim eſſe quòd non valeat aliquo liberorum pręterito: vt ſupra titu. j. l. fina. Accurſius.

k *Quocunque*. ſiue per captiuitatem deſierũt dico in poteſtate eſſe: ſiue per, &c. Azo. & habeas ibi. §. irritum. & non hic, ſiue, &c. nec ibi, quoties, &c.

*Irritum.*] CASVS. Dictum eſt. ſ. eod. l. j. in vltimo reſpon. de vno modo quo teſtamentum fit irritum: nũc autem illam materiam de teſtamento irrito vult iuriſconſultus altius pertractare: & de ea tractat per totã hanc. l. & ſeq. & vſque ad. l. certum eſt. Et diuides hãc. l. hoc modo, vt ponas vnum caſum vſq; ad. §. eius qui deportatur, &c. Alium autem vſque ad. §. hi autem omnes, &c. Alium vſque ad. §. ſed nec eorum, &c. Alium autem vſque ad. §. quatenus tamẽ, &c. Alium vſque ad. §. filiifami. qui continuatur cum. l. nam ſi, &c. Ponas ergo ita caſum huius. §. irritum. Si poſt teſtamẽtum factum teſtator ab hoſtibus capiatur, vel paſſus ſit teſtator ſe vendi ad pretiũ participandum, vel ſit damnatus capite, vel ad beſtias, vel ad gladium, vel alia pœna quæ vitam ei adimat: fit teſtamentum eius irritum ſtatim cum ſententiam paſſus eſt: nec expectatur quòd per pœnam ſit cõſumptus, niſi ſit miles de militari delicto ad mortem damnatus, & in ipſa damnatione permiſſum ſit ei teſtari. nam tunc non ſolum poteſt teſtari poſt ſentẽtiam contra ſe latam, ſed etiam teſtamentum quod prius fecit, valet ſi dixit illud valere. Sed quid ſi aliquis à præſide ſententietur deportãdus poſt factum à ſe teſtamentum? Certè irritum fit eius teſtamentum. hoc tamen intelligas cum Imperator comprobauerit ſententiam præſidis latã ſuper dicta deportatione, & non ante. nam cum præſes ſententiat aliquem deportandum, ſcribit hoc principi antequam ſentẽtiam executioni mandet: & principis reſponſio expectatur. & idem ſi præſes interlocutus eſt ſcribendo principi de decurione puniẽdo, vel de puniendo filio nepotéve decurionis poſt ſententiam de eis puniendis à ſe præſide latam. nam non ſtatim lata ſententia præſidis, eſt pœnę ſeruus dictus decurio, vel filius vel nepos eius: ſed cum princeps comprobauerit per ſuas literas dictam pręſidis ſententiam: licèt poſt ſententiam à præſide latam ſoleant recipi in carcerem dicti deportãdi vel decuriones vel filij eorum & nepotes. vnde ſi ante reſponſionem principis deceſſerit dictus deportandus vel decu-
A rio vel filius decurionis vel nepos, valebit eius teſtamentũ: niſi conſciſſet ſibi mortem, eo quòd volebat prius mori quàm damnari ex delicto quod ſe commiſiſſe ſciebat. ſi autem conſciſſet ſibi mortem alia de cauſa, non irritatur eius teſtamentum: puta tædio vitæ, vel propter impatientiam aduerſę valetudinis, vel cauſa iactationis, ſicut faciũt quidam philoſophi. Si autem iſte talis non fecit teſtamẽtum, cognatis defertur eius hereditas. prædicta autem diſtinctio habet locum etiã in milite qui fecit teſtamentum, vel ab ĩteſtato deceſſit. Sed quid ſi prædicti quorũ teſtamẽta facta ſunt irrita propter cauſas ſupradictas, appellauerũt à ſententia cõtra eos lata? Certè capite non minuũtur: nec eorum teſtamenta fiũt irrita: ſed & de nouo teſtamentũ facere poſſunt: nec etiã ea ratione quòd videãtur incerti de ſtatu eorum, prohibẽtur de nouo teſtamẽtum facere. ſed & ſi præſes non recipit appellationẽ eorum, ſed pœnam eorũ remoratus eſt ſcribendo Imperatori qualiter eos præſes per ſententiam damnauerat: non fiunt eorum teſtamenta irrita interim. & bene debet præſes taliter remorari pœnam, vt dictum eſt, niſi in caſib⁹: veluti ſi ille quem condemnauit, eſt latro manifeſtus, vel talis qui ꝓrupit in ſeditionem in ciuitate quam regebat
D præſes prædictus: vel talis qui commiſit factionem cruẽtam, puta quia interfecit vnum de maioribus ciuitatis: vel ſi ſit alia iuſta cauſa, propter quam immineat ciuitati periculũ, niſi incontinenti puniatur condemnatus. his enim caſibus non tenetur præſes Imperatori ſcribere, ſed ſtatim condemnatum punire debet, & poſtea ſcribere hoc Imperatori ad ſuam excuſationẽ. Sed pone quòd aliquis fuit damnatus illicite: vtputa decurio fuit damnatus ad beſtias: certe non fit eius teſtamentum quod prius fecerat, irritum: quia ſententia non valuit ipſo iure. & idem eſt in teſtamento eius damnati qui non erat de iuriſdictione præſidis. Item ſcias quòd præter illos caſus quos dixi in princ. huius. §. eſt & alius in quo teſtamentum fit irritum: vt in eo qui etiam poſt mortem ſuam damnatus eſt crimine læſæ maieſtatis, vel de crimine repetundarum. Item ſcias quòd quamuis fiat irritum teſtamentum eius qui ab hoſtibus capitur, vt dictum eſt: tamen ſi reuertatur ab hoſtibus, recipit teſtamẽtum vires ſuas. Item & ſi apud hoſtes decedat, confirmatur teſtamentum
E per. l. Cornel. quæ fingit eum mortuum prima hora captiuitatis. ſi ergo. l. Cor. fictio conualeſcere facit teſtamẽtum, & reſtitutio principis indulta ei qui capite damnatus erat, facit conualeſcere. [FILIIFAMILIAS.] Filius meus vixit in militia principis: & ibi lucratus eſt caſtrenſe peculium: & poſtea reuerſus eſt domum: ſicque factus eſt veteranus: & me patre viuente fecit iure communi teſtamentum de dicto peculio. poſtea ego deceſſi, vel eum emancipaui. certè non irritatur teſtamentum eius. & idem eſt ſi dictus meus filius fecit teſtamentum in militia exiſtens, vel iure militari, vel iure communi. Viuianus.

l *Captus*. hic fit ſeruus hoſtium: & ſic perdit ciuitatem & libertatem: vt ſupra de capi. demi. l. fina. recipit tamen vires teſtamentum eo reuerſo: vt infra ead. l. §. quatenus. ſed ſi ciuitatem tantùm, vt deportatus, tunc idem: vt ſupra de teſta. l. eius. §. ſi cui. Idem ſi minimam capitis deminutionem ſit paſſus: vt inſtit. quibus mo. teſta. infir. §. alio.

Paſſus

a *Paſſus ſit.* in quo quatuor ſunt neceſſaria: vt not.ſ. de ſta.ho.l.& ſeruorum.§.j. Accurſius.

b *Paſſus eſt.* nam trahit hæc ſententia ſtatim ad ſe executionem: vt infra de pœnis.l. qui vltimo. vt dicunt decretiſtæ de ſentent. excom. ADDITIO. No. hanc gloſ. quòd ſententia excommunicationis trahit ſecũ ſuũ effectum. & hoc eſt qđ dicitur quòd trahit ſecum executionem: vt not. hîc,&c.c. paſtoralis. extra de appell. & de offic.ord.c.ad reprimẽda.&c.viij.q.iiij. in ſumma. de ſent. excommuni.is cui.§.fi. lib.vj.ſecũdum. Bal.hîc.

c *Seruus efficitur.* hodie nemo bene natus &c. vt in authen. de nupt.§. quod autem. colla. iiij. Item facit ſup. de teſta. leius.§. fina.

d *Delicto.* quæ multa ſunt: vt.j. de re milit. per totum.

e *Permitti.* ſi impetrauit à iudice cum damnaretur: vt.ſ. de dona. inter virum & vxo.l.cum hic ſtatus.§. ſi miles. & adde quod no.C.de teſta. mili.l. & militibus. & facit.j. de vete. mili. ſuceſ.l.j.&.ij.

f *Militari.* contra.C. de inoffic.teſt.l. ſiquando. Solu.ibi vt pagano, hîc vt militi fuit cõceſſum. & ſic cuique ſuo iure teſtari concedi videtur. vel aliter vt ibi. Accurſius.

g *Permittitur.* à iudice.

h *Si militari.* incipit reſpondere. & facit.j. de mili. teſt.l. idem erit dicendum. &.l. ex militari.&.l. idem & ſi pater. & infra de leg. iij.l. ſi quis.in prin.§.j.

i *Non ſtatim.* hoc cum à præſide.ſi autem à præfecto vrbis,ſtatim:vt infra de pœnis. l.ij.§. j. & de interdi. & releg l.inter pœnas. & de le.iij.l. j.§.hi. Sed quare hoc,cũ habeat merum imperium? Reſpon.vt no.ſupra de offic. præſi.l.illicitas.§. qui vniuerſas.& facit infra quando app. ſit.l.j. in princ. Accurſius.

k *Filio.* decurionis. & nepote qui idem habẽt priuilegium: vt infra de pœnis. l. moris. §. iſtæ ferè.

l *Principi.* quod facere, non ipſe punire debet: vt infra de pœnis.l.diui fratres.§. decurionibus. & de bo. eo.l.ij. ſic & aliàs principis ſententia ſeruatur: vt.C.vbi ſena. vel clariſſimi.l. quoties. Accurſius.

m *Deceſſerit.* etiam in carcere: vt ſupra de teſta.l.ſi quis poſt.& infra de iure fiſci.l.in fraudem.§.j. &.§.fi.

A n *Tædio vitæ.* vt fecit Dido.

o *Iactationis.* vt fecit Empedocles. [a] Io.

p *Epiſtola.* aliàs epiſtula: aliàs epiſtolam. & ſubaudi, mittens. & facit.j.de re mili.l.omne.§.qui ſe.& de bo.eo.l.iij.&.C. qui teſt. fa. poſſ. l.iij. & qđ ibi not. &.j. ad Sila.l.j.§. ſi quis non metu. Accur.

†.i. vt actor fiat eius qui emit. quæ phraſis, qđ que ius alibi ĩ iure, quod ſciam, non extat. nã qđ de tabellionatu gerẽdo quidã interpretantur plusquã abſurdum videtur.

num ſe dari paſſus ſit [a] ad actum †gerendum, pretiúmve participandum. Sed & ſi quis fuerit capite damnatus, vel ad beſtias, vel ad gladium, vel alia pœna quæ vitam adimit, teſtamentum eius irritum fiet: & non tunc cum cõſumptus eſt, ſed cum ſententiam paſſus eſt: [b] nam pœnæ ſeruus efficitur: [c] niſi fortè miles fuit ex militari delicto [d] damnatus. nam huic permitti [e] ſolet teſtari, vt diuus Hadrianus reſcripſit. & credo iure militari [f] teſtabitur. Qua ratione igitur damnato ei teſtari permittitur? [g] nũquid & ſi quod ante habuit factum teſtamentũ, ſi ei permiſſum ſit teſtari, valeat: anverò pœna irritum factum, reficiendum eſt? Et ſi militari [h] iure ei teſtandum ſit: dubitari non oportet quin ſi voluit id valere, feciſſe id credatur.

Si damnatio ſuſpẽditur per reſcriptionem principi factã, teſtamentum non rumpitur, etiam ſi reus decedat: niſi conſcius criminis ſe occiderit. Bartolus.

Eius qui deportatur, non ſtatim [i] irritũ fiet teſtamentum: ſed cũ princeps factum comprobauerit. tunc enim & capite minuitur. Sed & ſi de decurione puniẽdo, vel filio [k] nepotéve præſes ſcribendũ principi [l] interlocutus eſt: non puto ſtatim ſeruum pœnæ factũ, licèt in carcere ſoleant diligentioris cuſtodiæ cauſa recipi. Nec huius igitur teſtamentum irritum fiet prius quàm princeps de eo ſupplicium ſumendum reſcripſerit. Proinde ſi ante deceſſerit, [m] vtique teſtamentum eius valebit, niſi mortem ſibi conſciuit. Nam eorum qui mori magis quàm damnari maluerint ob conſcientiam criminis, teſtamenta irrita conſtitutiones faciunt, licèt in ciuitate decedant. Quòd ſi quis tædio vitæ, [n] vel valetudinis aduerſæ impatientia, vel iactationis [o] * vt quidam philoſophi, in ea cauſa ſunt, vt teſtamenta eorum valeant. Quam diſtinctionem in militis quoque teſtamento diuus Hadrianus dedit epiſtula [p] ad Pomponium Falconem: vt ſi quidem ob conſcientiam delicti militaris mori maluit, irritum ſit eius teſtamentum. quòd ſi tædio vitæ vel dolore, valere teſtamentum: aut ſi inteſtatò deceſſit, cognatis: [q] aut ſi non ſint, [r] legioni [ſ] iſta ſint vindicanda.

*iactatiõe, vt quidã philoſophi, mortem ſibi cõſciuerint, in ea &c. Exẽpla vide apud Alciat. li.4. parerg. c.6.

Teſtamẽtum damnatorũ non rumpitur ſi eſt appellatum, ſiue appellatio fuerit recepta, ſiue non: niſi cum per appellationem executio non differtur. Bartolus.

B Hi autem omnes quorum teſtamenta irrita damnatione fieri diximus, [t] ſi prouocauerint, capite non minuuntur: atque ideo neque teſtamenta quæ antea fecerunt, irrita fient: & tunc teſtari poterunt. hoc enim ſæpiſſimè eſt conſtitutum. [u] nec videbuntur quaſi de ſtatu ſui dubitantes non habere teſtamẽti factionẽ. [x] ſunt enim certi ſtatus, nec ipſi de ſe interim incerti. * [y] Quid tamen C ſi appellationem eius preſes non recepit, ſed imperatori ſcribendo pœnam remoratus eſt? Puto hunc quoque ſuum ſtatum interim retinere, nec teſtamentum irritum fieri. Nam vt eſt oratione diui Marci expreſſum, tametſi prouocantis, vel eius pro quo prouocatur, appellatio non fuerit recepta: pœna tamen ſuſtinenda eſt quoad princeps reſcripſerit ad literas præſidis, & libellum [z] rei cũ literis miſſum: niſi fortè latro manifeſtus, vel ſe- D ditio prærupta, factióque [a] cruenta, vel alia iuſta cauſa, quam mox præſes literis excuſauit, [b] moram non recipiant, non pœnæ feſtinatione, ſed præueniendi periculi cauſa. tunc enim punire permittitur, [c] deinde ſcribere.

Sententia nulla teſtamenti factionem non tollit. Bartolus.

Quid ſi quis fuerit damnatus illicitè, [d] pœna non ſumpta? [e] an teſtamẽtum eius irritum fiat, videamus: vtputa decurio ad be- E ſtias: an capite minuatur, teſtamentumq́; eius irritum fiat? Et non puto: cum ſententia eum nõ tenuerit. [f] Ergo & ſi quis eum qui non erat iuriſdictionis ſuæ, damnauerit: teſtamentum eius non erit irritum, [g] quemadmodum eſt conſtitutum. Sed ne eorum quidem teſtamenta rata ſunt, ſed irrita fient, quorum memoria poſt mortem dãnata eſt: vtputa ex cauſa maieſtatis, [h] vel ex alia tali cauſa. [i]

a] Idem & Calanũ Indum factitaſſe auctor eſt M. Cice.lib. de diuinatione.i.

q *Cognatis.* ipſius: vt infra de vete.& milit.ſuc. l.j.&.ij.

r *Non ſint.* aliqui cognati. Accurſius.

ſ *Legioni.* in qua militabat: vt.C.de here.decur.l.ij.

t *Diximus.* ſ.ea.l.§. irritum. Accurſius.

u *Conſtitutum eſt.* vt.ſ. de teſta.l. qui à latronibus.§.fi.& arg.j. de pœnis.l.ij.§.fina.& infra ad Turp. l.j. in fin. &.ſ. de iis qui no. infa.l. furti.§. j. & qui ſatiſda. cogã.l. ſciendum.§. ſi fundum. Item facit infra de accu. l.pe. & de ſolu.l.reo. & an per alium cauſę app. l.ij.&.ſ.de procur.l. qui proprio.§.item.

* certi

x *Factionem.* vt.ſ.de teſta.l. de ſtatu.

y *Incerti.* ſ. interim: vt ſtatim ſubiicit, non reſpectu futuri.

z *Libellum.* repete, ad. & facit.j. nihil noua.l.j. & de app. recipiend. l. ſciendum.

a *Factióq;.* hoc ſemper in malã partẽ ponitur.

b *Excuſauerit.* i. explanauerit excuſãdo quod fecit. i. excuſando ſe q̃ ſtatim impoſuit pœnã. aliàs accuſauerit.

c *Permittitur.* non enim oportet tũc deferre appellationi: vt.j. de app. conſtitutiones. &.Cod. quorum app. nõ reci.l. ij.& arg.C.de offic.præfe. præto. Orientis.l. ſi quos.&.j.de re mili.l.ij. Argu. contra ad hoc.xj. q.ij.ſi epiſcopus.

Appellationi non ſemper deferendum eſt.

d *Illicitè.* ſtatim ponit exemplum.

e *Sumpta.* in præſenti: vt fuit.ſ. proxi. reſpon.

f *Non tenuerit.* commutabiliter. tenuit quidẽ, ſed tamen cõmutari poteſt à principe, non ab eo qui eam tulit: vt.j.de pœnis.l.moris.§. iſtæ.

g *Non erit irritũ.* ſic.C.ſi à non compe. iudi.l. fi. & ne de ſta. defun. l. ſi pater.& infra de pœnis l.ij.in fin.& ad hoc.ij.q. j. in primis.

h *Maieſtatis.* cõtra principẽ vel reip. accuſatus, vel animatᵉ vel armatus eſt: vt.j. ad.l. Iul.maie.l. fin. & inſti.de her. q̃ ab inte.§.per contrarium.

i *Alia cauſa.* vt repe-

tundarum: vt. j. de accuſa. l. ex iudiciorum. Item hæreſis: vt. C. de hereti. l. iiij. Item apoſtatatus: vt. C. de apoſta. l. apoſtatarum.

a *Diximus.* ſupra eo. §. irritum.

b *Iure poſtliminij* vt inſti. quib. non eſt permiſ. facere teſta. §. fi.

c *Lege Cornelia.* vt. d. §. inſtit. & ſupra de teſta. l. lege,

d *Conualeſcet.* vt argu. j. de bo. lib. l. iij. §. ſi deportatus. & de leg. iij. l. j. §. ſi quis. &. C. de ſen. paſ. l. fi.

e *Ad teſtandum.* etiam quantũ ad alia: vt inſtit. quib. non eſt permiſ. fa. teſta. in princip. &. s̃. ad Macedo. l. ij. &. j. de fur. l. ſi quis vxori. §. j.

f *Emancipatione.* quando videbatur magis dubitari: quia iſto caſu patitur capitis deminutionẽ, ſed in ſuperiori nõ: vt ſupra ad Macedo. l. ſi filius. §. fi.

† Quid ſi prĩcipis indulgentia in teſtamento cõdẽdo interueniſſet, quia hic dicit, per eius indulgentiã recõualeſcit quod ante non ſubſiſtebat: an ſine eo vel eius conſenſu poſſit reuocari? dic ꝙ ſic, per ea quæ no. Bar. in. l. omniũ. in. 4. not. C. de teſt.

* factũ teſt.

* Vulg. Nã ſi miles.

NAm ſi miles.] CASVS. Titi⁹ in militia exiſtens fecit teſtamentum iure cõmuni, & inſtituit ſibi Seium quem non poterat inſtituere niſi de iure militari: puta quia erat dictus Seius deportatus: & ſubſtituit ei Gaium quem iure cõmuni poterat inſtituere: & poſtea deceſſit poſt annum quo fuit miſſus de militia. certe teſtamentum fit irritum quantum ad primum gradum prædictũ. ea enim quæ fiũt iure militari, non valẽt poſt annum miſſionis: & ita Seius primo gradu inſtitutus non habebit hereditatẽ: ſed Gaius in ſecundo gradu inſtitutus. Viuianus.

g *Nam ſi miles.* quidam habent, nam ſi. & cõtinuant ſic: Dixi veterani militis teſtamentum tenere etiam poſt annum à die miſſionis, & etiam ſi emancipatio interuenerit: ſed hoc vbi iure communi teſtatus eſt. nam ſi iure ciuili, id eſt militari coram duobus vel tribus teſtibus &c. quod non placet: quia tunc poſt annum non valet in aliquo gradu: ſed hæc lex vult contra. Dic ergo principium. l. ſimiles. & quòd iure ciuili, id eſt communi, ſ. coram ſeptem teſtibus fecit teſtamẽtum.

h *Militari.* vt deportatum: vt. j. de mili. teſta. l. neque. §. j.

i *Secundo.* ſic. s̃. titu. j. l. iij. §. j. Accurſius.

Reuerſorũ ab hoſtibus, ſi ſunt reſtituti per principem, teſtamẽta reconualeſcunt. Bartolus.

Quatenus tamen diximus[a] ab hoſtibus capti teſtamentum irritum fieri, adiiciendum eſt, poſtliminio reuerſi vires ſuas recipere iure poſtliminij:[b] aut ſi ibi decedant, lege Cornelia[c] confirmari. Ergo & ſi quis damnatus capite in integrum indulgentia† principis ſit reſtitutus, teſtamentum eius conualeſcet.[d]

Mutatione ſtatus in melius, teſtamentum non rumpitur. Bart.

Filiifamilias veterani ſui iuris morte patris facti,* teſtamentum irritum non fieri conſtat. nam quantum ad teſtandum[e] de caſtrenſi peculio, pro patrefamilias habendus eſt: & ideo nec emancipatione[f] irritum fieri militis vel veterani teſtamentum, verum eſt.

Rupto primo gradu qui valet iure ſpeciali, ſecundus qui depẽdet ex eo, non rumpitur. Barto.

VII. VLPIANVS *libro decimo ad Sabinum.*

SI * miles[g] iure ciuili teſtamẽtum fecerit, & primo gradu heredem eum ſcripſerit, quẽ iure militari[h] poterat, ſecundo[i] eum quem communi iure poteſt: & poſt annum miſſionis deceſſerit: primus gradus irritus fiet, & à ſecundo incipiet teſtamentum.

Agnatione filij ciuilis rumpitur teſtamentum. Bartolus.

CErtum eſt.] CASVS. Dictum eſt ſupra eod. l. iij. iij. reſpõ. quòd teſtamentum rumpitur ſi agnaſcitur teſtatori ſuus heres non inſtitutus ab eo, vel exheredatus. certè hæc lex dicit eſſe idem ſi poſt teſtamentum teſtator adoptet vel arroget filium ſuum vel filiam. [FILIA.] Titius habens filiam & nepotem ex filio mortuo, eos ſimul emancipauit: & poſtea fecit teſtamentũ in quo eos præteriit. certè non faciunt teſtamentum irritum vel iniuſtũ: quia vna emancipatione exiuerunt de poteſtate patris. illi autem ſoli faciũt iniuſtum, qui ſunt in poteſtate. & non eſt vis in eo quod dicit vna: quia ita fuit de facto quòd eos ſimul emancipauit, vt dixi. ſed & idem eſſet ſi in diuerſis temporibus eos emancipaſſet: quia ſemper non faciunt teſtamentum iniuſtum, cum non ſunt in poteſtate patris eiuſdémque aui ad nepotem. Viuianus.

k *Certum eſt adoptione.* nam & ſic tranſit hoc iure in poteſtate: vt. s̃. de adop. l. j. ſed hodie contra. & ſic non tenetur eum inſtituere: vt. C. de adop. l. cum in adoptiuis. §. ſed ne articulũ. &. §. ſed ſi quidẽ, ſecus in arrogato: vt hîc, &. d. l. §. fi. Accurſius.

l *Solet rumpi.* ut ſupra titu. j. l. filius. §. j. & inſtit. qui. mo. teſt. infir.

in prin. & hoc niſi ſit inſtitutus ante adoptionem: vt. s̃. titu. j. l. filio. §. fina. quæ eſt contra, Accurſius.

A

m *Vel nepos.* ex filio. nam ex filia ſequeretur ſui patris poteſtatem, non aui materni: vt inſtit. de pat. po. §. fi. Accurſius.

n *Quia vna.* aliàs vnà cum. aliàs deeſt cum. Item dic quòd dictio vnà, eſt aduerbiũ. q. d. ſimul cum emancipantur, exeunt. Vel dic ꝙ ſit nomen adiectiuum de emancipatione. q. d. filia exit vna, & nepos alia emancipatione. ſed in filiis exiguntur tres ſecundum antiqua tempora, quæ hîc conſiderauit: hodie in omnib⁹ ſufficit vna: vt. C. de adop. l. fi. non ergo eſt hæc lex pro eis qui dicunt, emancipato filio per conſequens videri nepotem emancipatũ: quod reprobatur: vt. s̃. de adop. l. ſi nepos. nam nec hic quicquam de filio dicit.

* al. incip. Certum eſt. al. Si verum eſt.

† Ergo à cõtrario filius qui vna mãcipatiõe nõ effugit vires patriæ poteſtatis, teſtamentum rũpit, cũ emancipatur. qđ & Harmen. & Græci credunt lib. 5. epit. tit. 5.

o *Teſtamentum.* quod poſtea faciet pater, id eſt non facient nullum licet prætereãtur: quod facerent ſi eſſent in poteſtate: vt ſupra eod. l. j. Accurſius.

VIII. IDEM *libro vndecimo ad ſabinum.*

VErum* eſt, adoptione[k] vel adrogatione filij filiæve teſtamentum rumpi: quoniam ſui heredis adgnatione ſolet rũpi.[l]

Præteritione filij vel nepotis emancipati teſtamentũ nõ rumpitur. Bartolus.

B Filia cum emancipatur vel nepos,[m] quia vna[n] emancipatione† exeũt de poteſtate, teſtamẽtum[o] non rumpunt.

Per reuerſionẽ teſtatoris ab hoſtibus, vel filij inſtituti, teſtamentum non rumpitur. Bartolus.

IX. PAVLVS *libro ſecundo ad ſabinum.*

SI pater ab hoſtibus capiatur, filio[p] manente in ciuitate: reuerſo eo[q] non rumpitur teſtamentum.[r]

X. IDEM *libro primo ad vitellium.*

C

SEd nec filius[ſ] poſtliminio rediens rumpit patris teſtamẽtum, vt Sabinus exiſtimauit.

Per ſecundas tabulas vacuas primæ non rumpuntur.

XI. VLPIANVS *libro quadrageſimoſexto ad Edictum.*

SI binæ† tabulæ proferantur diuerſis tẽporibus factæ, vnæ prius, aliæ poſtea, vtræque tamẽ ſeptem teſtium ſignis ſignatæ, & apertæ poſteriores vacuæ inuentæ ſint, id eſt nihil ſcriptum habentes omnino: ſuperius teſtamentum non eſt ruptum: quia ſequens nullum eſt.[t]

D

SI pater.] CASVS. Titius inſtituit ſibi heredẽ filium ſuum Seiũ in teſtamento quod in ciuitate fecit. poſtea fuit captus ab hoſtibus: & ſic fuit factum irritũ dictum teſtamẽtum: vt s̃. eo. ſi quis. §. irritum. & poſtea reuerſus eſt ab hoſtibus: & ſic teſtamẽtum recipit ſuas vires iure poſtliminij: vt. d. l. ſi quis. §. quatenus. certè non rumpit dictum teſtamentum, id eſt nõ facit iniuſtum dictus filius, cum ſit in eo inſtitutus: vt. s̃. poſuit. ſed retento eodem caſu, ſi filius fuit captus ab hoſtibus, & pater in ciuitate remanſit, & poſtea reuertatur dictus filius: non facit iniuſtum teſtamentum prædictum, cum in eo fuerit inſtitutus. Viuianus.

† Iſte tex. ad hoc alleg. ꝙ ſecundũ teſtamentum minus ſolẽne, primum ſolenne nõ rumpit: de quo ꝑ Bart. in. l. ſi iure. col. 2. verſic. quæro, dicit teſtator. j. de le. 3.

p *Filio.* inſtituto à patre. Accurſius.

q *Eo.* ſcilicet patre. Accurſius.

r *Teſtamentum.* quod fecerat pater ante captiuitatem. nam ſi in captiuitate, non valeret: vt ſupra de teſta. l. eius. Azo. Alij dicunt filiũ fuiſſe teſtatum patre capto, quod nõ rumpitur reuerſo patre poſt mortem filij. quod nõ placet: quia non poteſt teſtari, cum ſit incertus ſui ſtatus: vt infra vnde legi. l. ij. §. ſi deceſſerit- Aliud in filio deportati. quod dic vt not. C. de ſenten. paſ. l. fi. Accurſius.

E

ſ SEd nec filius. ſubaudi, inſtitutus. & ſic non obſtat. s̃. eo. l. ſi quis filio exheredato. §. ſed ſi pater. in fi. §. Accurſius.

SI binæ.] CASVS. Titius fecit teſtamentum in ſcriptis: & fecit illud ſignari ſignis ſeptem teſtium: & inſtituit in eo ſibi heredem Seium: poſtea ſtetit per annum, & accepit quandam chartam non ſcriptam, & fecit eam ſignari ſeptem teſtium ſignis, volens dare fortè intelligere conſanguineis ſuis quòd aliud teſtamentum faceret in ſcriptis ad eorum vtilitatem. Certè hæ ſecundæ tabulæ non rumpunt primas: quia ſecundæ ſunt nullæ, & nihil valent. Viuianus.

t *Nullum eſt.* quia non eſt ibi teſtatio mentis: quod eſt neceſſe: vt ſupra de teſta. l. j. & facit inſtitu. quib. mo. teſt. infir. §. j. & ſupra ad Vell. l. quamuis. §. ſi conuenerit. & infra de adi. lega. l. & ſi transferam. & inſtitu. quib. mo. tol. obli. §. præterea. Hug. &. s̃. titu. j. l. ſi filius. Accurſius.

*Poſtumus*

POſtumus.] CASVS. Titius habens vxorem prægnantem fecit teſtamentum:& fecit illud ſignari ſeptem teſtiũ ſignis: & inſtituit ſibi Seium extraneum heredem, & præteriit ventrem vxoris:poſtea viuente dicto Titio vxor ſua peperit: & ſic ruptum fuit teſtamentum. & poſtea ante dictum Titium patrem deceſſit dict⁹ poſtumus.certè quãuis heres in dicto teſtamẽto inſtitutus nõ potuiſſet habere hereditatẽ de iure ciuili vel bo. poſſeſ.de iure prætorio ſi dictus poſtumus vixiſſet poſt mortẽ patris, eo quod dictũ teſtamẽtum per dictũ poſtumũ ruptũ eſt,vt dictum eſt: tamẽ quia deceſſit poſtumus ante patrem,videtur nec natus: vnde inſtitutus habet hereditatẽ vel bonorũ poſ. & legatarij quibus fuit legatũ in dicto teſtamento, legata ſua cõſequẽtur.Et qđ dictum eſt in teſtamẽto rupto, habet locũ in teſtamẽto iniuſto,& in teſtamẽto irrito.Et in teſtamẽto iniuſto ita pone exemplũ: Dictus Titius habẽs filium in poteſtate, inſtituit ſibi heredẽ Sẽpronium conſanguineum ſuũ,& dictum filiũ præteriit:& ſic eſt teſtamẽtum ſuum,ſcilicet Titij, iniuſtum, ſiue ipſo iure nullum: vt.ſ.eo. l.j.poſtea deceſſit dictus fili⁹ ante patrẽ. certe perinde erit, ac ſi nunquam fuiſſet dictus filius in rerũ natura. & ſic dictus Sempronius habebit hereditatem vel bo.poſſ. qui quidẽ Sempronius habuiſſet hereditatẽ ab inteſtato ſi dictus filius nũquã fuiſſet in rerum natura,& dictus Titius inteſtatus deceſſiſſet.ſecus autẽ ſi dictus Sempronius nõ fuiſſet ita coniunctus teſtatori vt dictũ eſt, quia tunc haberet hereditatem vel bo.poſſ.licet filius qui fecit eſſe iniuſtum teſtamentum,deceſſerit ante patrem. Alij dicunt, quod ſiue erat ita coniunctus teſtatori Sempronius,ſiue non ſemper debet habere hereditatem.& in litera ſubaudiunt hic,maximè. In irrito autem ita pone exemplum: Pone quòd dictus Titius fecit teſtamentum:& in eo inſtituit dictum ſuum conſanguineum, cum non haberet filium natum vel naſciturum.poſtea fuit idem Titius captus ab hoſtibus,vel paſſus eſt ſe vendi ad pretium participandum, vel fuit damnatus capite, vel ad beſtias, vel ad gladium, vel ad aliam pœnam quæ vitam adimit:vt.ſ.eo.l.ſi quis.§. irritum. vel fuit deportatus:vt.d.l.ſi quis.§.eius qui.vel etiam poſt mortem ſuã fuit damnatus.l.Iul.maie.&.d.l.ſi quis. §.ſed nec. quibus omnibus caſibus teſtamentum conſtituitur irritum: & ante mortem ſuam indulgentia principis reſtitutus eſt dictus teſtator:& poſtea deceſſit:vt.d.l.ſi quis.§.quatenus. vel ante mortem ſuam appellauit, & poſtea deceſſit.certè habebit dictus inſtitutus heredi. vel bo. poſ. & tenebitur legatariis legata præſtare,quamuis dictam heredi. vel bo.poſ.habere non potuiſſet ſi non fuiſſet reſtitutus teſtator, vel ſi non appellaſſet. [SI PAGANVS.] Titius fecit teſtamentum, & inſtituit ſibi heredem Seium: & multa legauit quibuſdam: & ſeruo ſuo libertatem dedit. poſtea fecit ſecundum teſtamentum, & inſtituit ſibi heredem Gaium:& fidei eius Gaij cõmiſit vt prius teſtamentum valeret.Certè nihilominus eſt ruptum prius teſtamentum:ſed omnia quæ in eo continentur,poſſunt per fideicom. peti à Gaio ſcripto in ſecundo teſtamento.Viuianus.

* Vide quæ ſcripſit in hunc locum Alciat.lib. Parad.3.ca. 8.

Teſtamentum ruptum poſtumi agnatione, eo decedente viuo teſtatore reconualeſcit de iure prætorio.idem ſi filius iam natus præteritus viuo teſtatore decedat, vel impedimentum capitis deminutionis tempore mortis ceſſauerit.Bartolus.

XII. IDEM *libro quarto Diſputationum.*

POſtumus præteritus, viuo teſtatore natus deceſſit. Licet iuris ſcrupuloſitate, nimiáq; ſubtilitate teſtamentum ruptum videatur: [a] attamen ſi ſignatum [b] fuerit teſtamentum, bonorũ poſſeſſionem ſecundum tabulas accipere heres ſcriptus poteſt, rémque[c] obtinebit, [d] vt & diuus Hadrianus & imperator noſter reſcripſerunt. Idcircóque legatarij & fideicommiſſarij habebunt ea quæ ſibi relicta ſint, [e] ſecuri. Idẽ &* circa iniuſtum [f] & irritum [g] teſtamentum erit dicendum, ſi bonorum poſſeſſio data [h] fuerit ei qui rem ab inteſtato auferre poſſit.

Teſtamentum primum confirmatum per ſecundum valet iure codicillorum.Bartolus.

Si paganus qui habebat iam factum teſtamentum, aliud feciſſet, & in eo comprehendiſſet fidei heredis cõmittere, [i] vt priores tabulæ valerent: omnimodo prius teſtamentum ruptum eſt. quo rupto poteſt queri an vice codicillorum id valere deberet, cum hæc verba ſint fideicommiſſi. Et ſine dubio vniuerſa quæ illic ſcripta ſunt, in cauſa fideicõmiſſi erunt, non ſolùm legata & fideicõmiſſa, ſed & libertates, [k] & heredis inſtitutio.

Filio ſublato de medio, nepos tenet locum ſui:& teſtamentum rumpitur ſi non reperitur inſtitutus vel exheredatus.Bartolus.

XIII. GAIVS *libro ſecundo Inſtitutionum.*

POſtumorum loco ſunt & hi qui in ſui heredis loco ſuccedendo, quaſi adgnaſcendo fiunt parentibus ſui heredes: vt ecce ſi filium & ex eo nepotem neptém ve in poteſtate habeam: quia filius gradu præcedit, is ſolus [l] iura ſui heredis habet: quamuis nepos quoque & neptis ex eo in eadem poteſtate ſint. Sed ſi filius me viuo [m] moriatur, aut quali-

a *Videatur.* vt.ſ.eo.l.iij.§.ex his.Accurſius.

b *Signatum.* ad quod.C.de ſecun.tabu.l.ij.Hug.

c *Remque obtinebit.* Sed contra.C.de poſt. here. inſtit.l.ij. Solu.ibi poſt mortem defuncti deceſſit, hîc in vita. vel aliter vt ibi dixi. Item contra inſtit.de exher.lib.in prin.Sol.ibi in nato tempore teſtamenti:hîc poſt.Item contra infra eod.qui vxorem. Solu.vt ibi. Accurſius. ADDITIO. Dic ſecundum Barto. hîc quòd ibi deceſſit poſt mortem fictam.& ſic ratio eſt eadem ſicut quando deceſſit poſt mortem ueram. & hoc quod dicitur de decedente poſtumo poſt mortem,intellige quando deceſſit in tali ætate, quòd teſtamentum poſt mortem approbare non poteſt.ſi enim poſſet approbare,& approbaret, eſſet idem quod in filio iam nato: de quo per Bart. in.l. filio præterito.ĵ.eo.

d *Obtinebit.* iure prætorio,non ciuili.

e *Relicta ſint.* contra.ĵ. de leg.ij.ſi quis teſtamẽto. Solu. ibi de rigore: hîc de æquitate. Vel illud in filiis ab inteſtato venientibus. argu.ĵ. de leg.ij.l. Celſus.§.fin. hîc in extraneo veniẽte ab inteſtato: quia in codicillis fuerat hereditas relicta per fideicommiſſum:vel veniente ex teſtamento per ſecun. tabu. ſecundum Azo. & Hug.& facit.ſ.tit.j.l.ſi à primo.&.l.ſi poſtumus ij.reſpõ.&.ĵ.de codicil. l.conficiuntur.§.ſi quis poſt.in fi.§.&.ĵ.de fidei cõ.liber.l. ſi pater duos. &.ĵ.ad Trebell.l.cũ heres inſtituta.

Inſt. de exher.liber.§. poſtumorũ.

f *Iniuſtum.* i. nullum: * quod eſt filio præterito:vt eſt exemplum infra eo.l.filio.

* Iniuſtum teſtamentũ hic dici, in quo deſunt ſolennia: irritum autẽ, ex quo heres nõ adierit, putat Alcia.li.1.Para. cap 8.

g *Irritum.* per capitis deminutionem teſtatoris qui poſtea fit ſui iuris:vt inſti.qui.mo.teſt. infir.§.nõ tamen. & qđ ſubiicit, ſi bo. poſ. ſcilicet contra tab.

h *Datæ.* i. delata fuit ei ſ.filio præterito,non tamen eam voluit:ſed renuit,qui &c.& ſecundum hoc refert ſe tantum ad iniuſtum,non ad irritum hic ver.ſi bonorum &c. ſecundũ Azo.Alij referunt ad vtrunque, & dicunt,ſi bo. poſ. ſecundum ta. fuerit delata,ſub.& accepta,ei.ſ.heredi ſcripto,qui rem &c.ſub.maximè.erat enim fortè alius filius inſtitutus,& alter præteritus:vt &.ſ.tit.j.l.iij.§.fi.ſed præteritus non vult.& ſecundum hoc dic auferre ab extraneis,vel etiam à fratre pro parte.Accurſius.

i *Fidei heredis committere.* ſcilicet ſe.Accurſius.

k *Libertates.* ſcilicet directæ:& inſtitutio trahitur ad fideicom. vt.ĵ de mili.teſta.l.quærebatur.& facit inſt.qui.mo.teſta.infir.§. ſed ſi quis.&.ĵ.ad Treb.l.ſi quis priore. &.ĵ. de here. inſti.l.fin. & quod not.ſ.de iis qui not.infa.l.furti.§.j.

POſtumorũ.] CASVS. Non ſolũ dicuntur poſtumi illi qui naſcũtur poſt mortẽ teſtatoris,vel in vita poſt teſtamentũ tamẽ factũ:vt.ſ.e.l.poſtumi.ſed etiã illi qui ſunt nati ante teſtamentũ parẽtum:fiũt tamẽ parẽtibus ſui heredes ſuccedẽdo in locũ ſui heredis. de quo ita ponas exemplũ:Filiũ & ex eo neptẽ vel nepotẽ in poteſtate habeo.certè quãuis nepos vel neptis prædicti ſunt ita bene in poteſtate mea ſicut filius: tamẽ filius prædictus præcedit eos quãtũ ad me gradu:& ita ipſe ſolus habet iura ſui heredis. ſi ergo dict⁹ meus filius moriatur me viuo,aut exeat de poteſtate mea qualibet alia ratione,incipit dictus nepos & neptis ſuccedere in locum filij: ſicq; iura ſuorũ heredũ nãciſcuntur quaſi per agnationẽ:& ita fiũt mihi loco poſtumorũ.ſicut ergo teneor inſtituere filiũ exiſtẽtẽ adhuc in mea poteſtate,vel exheredare ſi volo valere teſtamẽtũ meũ ita teneor inſtituere vel exheredare dictũ nepotẽ & neptẽ ſi volo teſtamẽtum meũ ab eis nõ rumpi,eis tali modo vt dictum eſt ſuccedentibus mihi in loco ſuorum heredum.hoc dicit.Viuianus.

l *Is ſolus.* vt inſti.de hered.ab inte.§.ita demum.&.ĵ. de cõtra tab. l.illud.§.j.& inſti.de here.qua.& dif.§.ſui.Accurſius.

m *Viuo.* demum.ſecus ſi poſtea:vt ſupra eo.l.ſi quis filio.j.reſpon. niſi apud hoſtes filius deceſſerit:vt.d.l.ſi quis filio.§.ſed & ſi pater. &.ſ. titu. j.l.ſi quis poſtumos.§.diuerſum.&.C.de inoffic. teſt.l.ſi quis filium.& per hoc differt hic nepos ab aſcẽdentibus, puta patribus defunctorum:qui patres & poſt mortem filij ſui ſuccedũt in locum nepotum,& irritant filij teſtamentum: vt ſupra de inof-

Pater filij teſtamentum irritat.

fic.teſta.l.pater filium.non adgnaſcendo, ſed per contra tab. vt ibi no. Sed illud fortè ſpeciale eſt in patre: quia eundem gradum obtinet ad filium, quem nepos ad eundem filium, ſcilicet primum. nō ita in auo quod in patre: ſed erit idē quod hîc & in nepote, vt non rumpat. nam non erat neceſſe eū inſtitui vel exheredari, cum alius eum pręcederet: vt arg. ſupra. e. l. ſi quis filio. j. reſpon.

bet ratione a exeat de poteſtate mea: incipit nepos neptíſve in eius loco ſuccedere: & eo modo iura ſuorum heredum quaſi adgnatione nanciſcuntur. Ne ergo eo modo rumpat mihi teſtamētum, ſicut ipſum filium vel heredem inſtituere vel exheredare nominatim debeo, ne non iure faciam teſtamentum: ita & nepotem neptémve ex eo neceſſe eſt mihi vel heredem inſtituere, vel exheredare: ne fortè me viuo filio mortuo, ſuccedendo in locū eius nepos neptíſve, quaſi adgnatione rumpant teſtamētum. idq; lege Iunia Vellea prouiſum eſt. b

Legitur duobus modis. primo ſi exheredaui maſculum, & natus eſt maſculus, non rumpit teſtamentum. Item ſi exheredaui fœminam, & nata eſt fœmina. & ſic diuerſimodè intelligitur. Secundo modo legitur quod teſtator exheredauit per hæc verba: ſi filius maſculus natus natáve ſit. tunc illud, ve, accipitur pro &: & vtriſque natis teſtamentum rumpitur. Bartolus.

### XIIII. PAVLVS *libro ſingulari de Adſignatione libertorum.*

SI ita facta ſit exheredatio, *Si filius* c *natus,* d *natáve ſit, exheres eſto:* vtriſque natis e non * rūpitur teſtamentum.

Statim cum poſtumus naſcitur etiam patre viuo apud hoſtes teſtamentum rumpitur: nec recōualeſcit filio interim decedente. Bartolus.

a *Alia ratione.* vt per deportationem: vt. ſ. tit. j. l. Gallus. §. & quid ſi tātum. vel per maximā capitis deminutionem, vel etiam minimam, vt per emācipationem: vt d. §. dicitur.

b *Prouiſum eſt.* ſecundo capite, quod de vtroq; viuo tempore teſtamēti dicit: vt. ſ. tit. j. l. Gallus. §. nunc de lege. in fi. §. &. §. quid ſi is q̄ filiū. in fi. Nec obſtat. §. ille caſus. vbi dicit poſteriori capite, ſcilicet. l. Velle. nō permitti inſtitui: quia verū eſt expreſſe, ſed tacitè ſic. vel aliter vt ibi plenè not. Itē cōtra in ea. l. §. in omnibꝰ. Sed expone vt ibi. & facit inſtit. de exhere. libe. §. poſtumorū. &. C. de lib. præte. l. ij. &. ſ. de teſta. tute. l. ſi hereditas. §. j. Accurſius.

SI *ita.*] CASVS. Dictum eſt. ſ. eo. l. iij. ꝙ ad hoc vt valeat teſtamētum meum, neceſſe eſt quod inſtituam vel exheredem poſtumum meū in mea poteſtate futurum. aliàs rūpitur eo nato teſtamentum meū. Modò pone ꝙ ita dixi, ſi filius vel filia natus vel nata ſit, exheres eſto. poſt teſtamentum prædictum factum, vel in vita, vel poſt mortē meam natus filius & filia: certè non rumpit teſtamentū: quamuis ſub conditione ſint exheredati. nā talis cōditio intelligitur etiam ſi non exprimatur. Viuian.

* Nam particula illa VE, pro copulatiua accipitur. l. Si quis ita. j. de aur. & arg. Vide An. Aug. lib. 4. c. 17. vbi docet temerè ab Haloand. ſublatā hîc fuiſſe negationem.

c *Si filius.* Sed nonne hæc exheredatio ſub cōditiōe eſt facta? ergo nulla: vt. ſ. tit. j. l. iij. §. j? Reſpō. cōditio hæc cum tacitè intelligatur ineſſe, etiā appoſita pro non ſcripta habetur: & ideo pura videtur exheredatio: vt. j. de condi. & demon. l. aliquando. & quando dies le. ce. l. ſi Titio. §. fi. &. j. de here. inſtit. l. iam dubitari. Azo.

d *Natus.* ſecus ſi dixerit: ſi filiꝰ mihi naſcetur, exheres eſto. quia filia nata rumpitur teſtamentum: quia inuenit ſe præteritam, nō exheredatam: vt. j. de ventre in poſſ. mit. l. j. §. quare & ſi ita.

e *Vtriſque natis.* diuiſim poteſt intelligi. i. vno filio nato nō rūpitur teſtamētum, vel filia nata non rumpitur teſtamentum. ſic ponitur. C. de bo. quæ lib. l. fi. §. ipſum autē. ſed vtroque nato rumpetur: vt arg.. ſ. tit. j. l. ij. & l. cōmodiſſimè. vel dic etiā vtroq; ſimul nato non rumpi. ar. ſ. tit. j. l. ſi ita ſcriptū ſit. Azo. &. j. tit. ij. l. Titius & Seius. & ſ. quod fal. tut. aucto. l. j. & facit. ſ. de teſta. tu. l. ſi quis ita. §. j.

QVi *vxorē.*] CASVS. Titius Bononiēſis habēs in ciuitate vxorem prægnantē fecit teſtamētū, & inſtituit ſibi heredē Seiū, & poſtumū præteriit. poſtea fuit ab hoſtibus captus: & ita irritum eſt factū dictum teſtamentū eius: vt. ſ. eo. ſi quis. §. irritū. & eo exiſtēte apud hoſtes natus eſt ei in ciuitate dictus poſtumus: qui quidē poſtumus rūperet teſtamentū patris ſi pater remāſiſſet in Bononia, & ab hoſtibus captus nō fuiſſet. nunc autē nō rūpit, cū iam irritū ſit, vt dictum eſt. poſtea deceſſit dictus poſtumus in ciuitate, & poſtea mortuus eſt pater apud hoſtes: & ſic cōfirmatū eſt dictū eius teſtamentum per. l. Corne. quæ fingit eū mortuū prima hora captiuitatis: vt. d. l. ſi quis. §. quatenus. modò quæritur, vtrum Seius inſtitutus habet hereditatem Titij ex dicto teſtamento? Et videtur quòd ſic: quia teſtamentum confirmatum eſt per. l. Corne. vt dictū eſt: item quia poſtumus deceſſit ante patrem, vt dictum eſt: vt ſupra eo. l. poſtumus. Sed hîc dicit quòd non: quia (ſicut dictum eſt) dictꝰ Titius teſtator fingitur mortuꝰ prima hora captiuitatis, & ita antequā filius poſtumus naſceretur & moreretur, & ſic fingitur natus poſtumꝰ poſt mortē patris: & ſic ruptū eſt teſtamentum patris per eius poſtumi natiuitatē. & ſic eſt plana hæc lex. Vi.

### XV. IAVOLENVS *libro quarto Epiſtularum.*

QVi vxorem prægnatem habebat, in hoſtium poteſtatē peruenit. f quæro filio nato, quo g tempore teſtamentum in ciuitate factum rumpatur: & ſi filiꝰ antè moriatur quàm pater: an ſcripti heredes hereditatē habituri ſint. Reſpondi: non puto dubium eſſe quin per legē Corneliam quæ de confirmandis eorum teſtamentis qui in hoſtium poteſtate deceſſiſſent, lata eſt, nato filio continuò eius teſtamentum qui in hoſtium poteſtate ſit, rumpatur. ſequitur ergo vt ex eo teſtamento hereditas ad neminem perueniat.

Per ſecundum teſtamentum in quo heres eſt inſtitutus purè vel ſub conditione, primum rūpitur: niſi conditio ſit talis per quam ſecundum teſtamentum ſtatim reddatur nullum. Bart.

### XVI. POMPONIVS *libro ſecundo ad Quintum Mucium.*

CVm in ſecundo † teſtamento heredē eum qui viuit, h inſtituimus: ſiue purè, ſiue ſub cōditione: ſi tamen conditio exiſtere potuit, i licèt non extiterit, ſuperius teſtamentum erit ruptum. multum autem intereſt, qualis conditio poſita fuerit. Nam aut in præteritum concepta ponitur, aut in præſens, aut in futurum. In præteritum concepta ponitur, veluti, *Si Ti-*

f *Peruenit.* condito teſtamento quo ventrem præteriuit.

g *Quo.* i. aliquo tēpore poſt captiuitatē patris viuo vel mortuo patre. Duo enim quærit, an teſtamentū rūpitur p natiuitatem filij: & an eo præmortuo recōualeſcat. & ad primā videtur nō rumpi: nā eſt ruptū per captiuitatē: vt. ſ. eo. l. ſi quis filio. §. irritum. ergo plus rumpi nō poteſt: vt. ſ. eo. l. nam & ſi. §. j. in fi. Sed dic contra: quia fictione. l. Corne. valebit: vt. j. de vulga. ſubſti. l. lex Cornelia. & ſic poteſt rūpi. Secundo dicit non reſtitui poſt mortē filij: cui eſt cōtra ſ. e. poſtumus. Sol. ibi iure prætorio permittit: hîc ciuili vetat. Vel hîc propter. l. Corne. quæ fingit eū mortuum prima hora captiuitatis: & ſic iſte eſt verus poſtumus: vtpote poſt mortē fictā natus, ſicq; ruptū nō reſtituitur: vt. C. de poſtum. here. l. ij. &. iij. Alij ſubaudiunt, eo tempore quo &c. Accur.

† Gloſ. in. c. ex tenore. ſuper ver. terminetis, extra de foro cōpe. inducit hanc legē in arg. quòd literæ quæ ab initio non valent, ex poſt facto coualeſcunt.

CVm *in ſecundo.*] CASVS. Inſtitui mihi heredem Gaium in teſtamento meo: poſtea feci ſecundum teſtamētum, & inſtitui mihi Seium in eo, ſiue purè, ſiue ſub impoſſibili cōditione, ſiue ſub cōditione quæ poſſit exiſtere. Certè prius teſtamētum erit ruptum. Eſt tamen differentia inter conditiones appoſitas in inſtitutione heredis in ſecundo teſtamēto inſtituti: quia aut eſt appoſita in præteritum hoc modo, ſi Titius conſul fuit, inſtituo mihi heredē Seiū. & tunc ſi Titius conſul fuit, valet ſecundum teſtamentum, & rūpitur primum: aliàs non. aut eſt in præſens hoc modo. ſi Titius cōſul eſt, inſtituo mihi heredem Seium. & certè ſi Titius conſul eſt, valet ſecundum teſtamentum, & rumpitur primum. aliàs non. nō autem in futurum: puta hoc modo, inſtituo mihi Seium ſi Titius conſul erit. & tunc valet ſecundum teſtamentum, & rumpitur primum, ſiue exiſtat conditio ſiue non. nam exiſtere poteſt. ſi autem dixiſſem in ſecundo teſtamento, inſtituo mihi Seium heredem ſi Titius digito cœlum tetigerit: tūc habetur pro pure inſtitutio propter impoſſibilem conditionem: & ſic valet teſtamentum ſecundum, & rumpitur primum. Viuianus.

h *Viuit.* maximè, ſubaudi. nam idem ſi poſtumum. Vel dic ideo dicit, quia ſecus ſi iam mortuus: ſicut ſi non capacem: vt. j. de iis qui. vt indi. l. cum quidam. Azo.

i *Potuit.* hoc expone vt. ſ. eo. l. j. H. Itē exigitur & hoc, vt tale fuerit ſecundū teſtamentū, ꝙ hereditas potuerit adiri de iure ciuili: ſi enī nō de iure ciuili, licet de iure pretorio potuerit, nō tamē rumpetur ſuperius: vt. ſ. tit. j. l. ſi filius qui in poteſtate. &. j. e. filio. ſecundum Io. & facit. j. de adi. le. l. & ſi. & inſti. qui. mo. teſt. infir. §. j.

*Si vera*

a *Si vera eſt.* i.ſi verum eſt quod ea conditione innuitur.
b *Quid ſi ad præſens.* facit.ſ.ſi cer.pe.l.cum ad præſens.&.l.ſeq.&.ff. de verb.obli.l.conditio.& inſtit.de verb.obli.§.conditiones.&.ff. de condi.inſti.l.inſtitutio.§.ſi. Sed videtur huic.§.contra.ff.de here. inſti.l.ſi Mæuia. Sed refert, conditio de præſenti vel præterito ſit falſa, vt hîc: an nugatoria. vt ibi. Item contra. ff.de le.ij. l. ſi ita quis in teſtamento. Sed illud eſt propter largam & amplam ſignificationẽ illius verbi, poteſt. Item contra. ff. de condit. & demon.l. cum ita legatũ.§.penult. Sed illa eſt de futuro, licèt implicet quoddam præſens quod eſt falſum, & ita impoſſibile. & in illa refert ponatur ſi, conditionaliter, aut cauſatiuè: vt.ff.de condi.& demon.l.demõſtratio falſa.§.item ſi fundum. At hîc intelligendum eſt etiam [a] de ea quæ vera eſt conditio de præſenti, vel præterito: non de ea quæ implicetur in conditione, vel in parte conditionis. H.
c *ſi ſit.* ſcilicet Titius conſul.
d *Non ſit.* ergo prius rumpitur, ſecũdum Io. & eſt argum. ff. de condi.inſti.l.ſi.& de condi. & demon.l.obtinuit.& inſtit. de here. inſtit. §. impoſſibilis.&adde hic quod ibi not. Vel dic primum non rumpi, argu.ff.de iis quibus vt indig.l. cum quidam. &. ſ.ea.l.§.j.& ij.H.

* eſt.

a] iſta gloſ. eſt corrupta vſque ad ſi. ſecũdũ Bar. nam debet dicere non de ea quæ implicat cõditionẽ quæ pro parte eſt de præſenti: pro parte eſt de futuro. Ol.

† Quidã putant corrigi hanc legem per Nouell. 115. alij, vt Azo, Alc.4. parerg.c.9.& Cuiac. non putant. l. Papinianus.§.vl.ſ.de inof. teſt.

*tius conſul fuit.* quæ conditio ſi vera eſt, [a] id eſt ſi Titius cõſul fuit, ita eſt inſtitutus heres, vt ſuperius teſtamentum rumpatur. tum enim ex hoc heres eſſet. * ſi verò Titius conſul non fuit, ſuperius teſtamentum non eſt ruptum. Quòd ſi ad præſens [b] tempus cõditio adſcripta eſt herede inſtituto, veluti, *Si Titius conſul eſt*: eundem exitum habet: vt ſi ſit, [c] poſſit heres eſſe, & ſuperius teſtamẽtum rumpatur. ſi non ſit, nec poſſit heres eſſe, nec ſuperius teſtamentum rumpatur. In futurum autem collatæ cõditiones, ſi poſſibiles ſunt, [&] exiſtere potuerunt, licèt non extiterint, efficiũt vt ſuperius teſtamentum rumpatur, etiam ſi non extiterint. Si verò impoſſibiles ſunt, veluti, *Titius ſi digito cœlum tetigerit, heres eſto*: placet perinde eſſe quaſi conditio adſcripta nõ ſit, [d] quæ eſt impoſſibilis.

Filio præterito relicta in teſtamento non debentur: niſi filius ius ſuum omiſerit. Bartolus.

XVII. PAPINIANVS *libro † quinto Reſponſorum.*

Filio [e] præterito qui fuit in patris poteſtate: neque libertates competunt, neque legata præſtãtur, ſi præteritus fratribus [f] partem hereditatis auocauit. Quòd ſi bonis ſe patris abſtinuit: licet ſubtilitas iuris refragari videtur, attamen voluntas teſtatoris ex bono & æquo tuebitur. [g] †

Si extraneus inſtitutus incipiat eſſe ſuus, inſtitutio non vitiatur. Bartolus.

XVIII. SCÆVOLA *libro quinto Quæſtionum.*

Si qui heres inſtitutus eſt, à teſtatore adrogetur, poteſt dici ſatis ei factum: † quia & antequã adoptetur, inſtitutio vt in extraneo locum habebit. [h]

Cauſa teſtati non trahit ad ſe cauſam inteſtati, ſi teſtator prohibuit. ſecus ſi non prohibuit. Bartolus.

XIX. IDEM *libro ſexto Quæſtionum.*

Si ego & Titius inſtituti ſimus, & à nobis [i] poſtumus exheredatus ſit, à ſubſtitutis noſtris nõ ſit exheredat⁹: Titio defuncto ne ego quidẽ adire potero. iã enim propter inſtituti perſonam, à quo poſtumus exheredatus eſt, in cuius [k] locũ ſubſtitutus vocatur, [l] à quo poſtumus exheredatus nõ

*Filio.*] CASVS. Inſtitui mihi duos heredes filios meos: & tertiũ qui erat in mea poteſtate, præterij. ſed certè ſi præteritus vult dicere teſtamentum nullum, & diuidere hereditatem patris cum fratribus ab inteſtato, nõ valebit aliquid quod fit in teſtamento, adeo quòd nec libertates valebunt. ſi autem præteritus noluit prædicta facere, voluntas mea teſtatoris ſeruabitur de æquitate. Viuianus.
e *Filio.* ablatiui abſoluti. Accurſius.
f *Fratribus.* inſtitutis. & dic quod nec inſtituti fratres, nec hic filius preſtãt: cum ex toto ſit nullum: vt.ff.eo.l.ſi ego & Titius. Item quid ſi ſcripti erant extranei à quibus partem ſuam frater auocauit? R̃n. quòd nec adhuc præſtant extranei propter dictam rationem: licèt ſit arg.contra.ſ.eo.l.poſtumus.§.idem. ſed hodie hîc ſecus: vt.C.de lib.præte.authen.ex cauſa.
g *Tuebitur.* vel deponens vel paſſiuum. Et no. quòd licèt hoc teſtamentum dicatur nullum in quo filius præteritus eſt, vt inſti.de exhe.lib.in prin.&.ſ.tit.j.l.ſi filius. tamen eſt intelligendum ſi ipſe velit dicere nullum: non ſi ſemper taceat. ſic.C.de inof.teſt.l.ſcimus. in princi. vbi dicit ipſo iure ineſſe repletionem. Item ſic.ff.de le.j.ſi fundum.§.qui fundum. vel de rigore eſt nullum. ſed hîc de æquitate dicit. & no.ff.de le.præſtã.l.is qui.circa prin.&.l.ſi duo. quæ huic concordant. Item facit.ſ.titu.j.l.ſi.&.ff.de except.rei iudi.l.ij.&.ſ.l. poſtumus. Item cõtra.C.de poſtu.here.l.j. Sed ibi in poſtumo: hic in iam nato.

*Si quis.*] CASVS. Dictum eſt.ſ.eod.l.j. quod teſtamentum non valet ipſo iure in quo pater præterit filiũ quem habebat in poteſtate. Sed pone quod eum inſtituit, & poſtea eum de nouo cœpit in poteſtate habere. Certè valet ita bene teſtamẽtum, ac ſi eum inſtituiſſet in ſua poteſtate exiſtentem. Et ponit hæc lex exemplũ: puta quia inſtituiſſet ſibi quendam extraneum, & poſtea eum arrogauit. & eſt ratio: quia & ſi eum non arrogaſſet, inſtitutio eius locum haberet vt in extraneo. Viuianus.
h *Habebit.* vt.ſ.ti.j.l.filio.§.ſi.ſecus in exheredato: vt.ff.de contra tab.l.non putauit.§.ſi quis emancipatum. Accurſius.

*Si ego.*] CASVS. Seius inſtituit me heredem, & poſtea exheredauit filium quem ex vxore ſua habere ſperabat: & poſtea inſtituit ſibi heredem Titium: & ita intra gradum inſtitutionis meæ & dicti Titij exheredauit dictum ſuum poſtumum: & poſtea ſubſtituit mihi Gaiũ: & poſtea ſubſtituit dicto Titio meo coheredi Sempronũ: & in dictis ſubſtitutionibus nihil dixit de dicto poſtumo: & ita eũ à gradu ſubſtitutionum præteriit: & ita ſubſtitutiones non valuerunt nato dicto poſtumo. i. ruptæ fuerunt. mortuo Seio dicto teſtatore deceſſit Titius meus coheres: & ita in eius Titij partem vocatur Sempronius ſubſtitutus eius. modo quæritur, nunquid ego poſſum pro mea parte adire hereditatẽ? Et videtur quod non: quia teſtamentum ruptum eſt ex eo quod poſtumus natus inuenit ſe præteritũ ab illo ſubſtituto, cui pars dicti Titij coheredis mei delata eſt. nam non poteſt pro mea parte valere vt adeam ex eo hereditatẽ: & ruptũ eſt pro parte dicti Titij coheredis mei, cuius Titij mortui pars hereditatis delata eſt dicto Titio ſubſtituto, à quo ſubſtituto poſtumus fuit præteritus: ideo ex quo non valet pro parte dicti mei coheredis: & pro mea debet ruptũ eſſe ita quòd adire non poſſum: quia dictus Seius teſtator etiam ex poſt facto non poteſt pro parte decedere teſtatus, & pro parte inteſtat⁹. Sed & ſi dictus meus Titius coheres adhuc viuat, non poteſt adire ſine me, nec ego ſine eo, ſed ſimul poſſumus adire: quia ſi ego adirem ſolus, ipſe poſſet poſtea repudiare ſuam partem: vt pars per eum repudiata deferatur dicto eius ſubſtituto à quo poſtumus fuit præteritus: & ita rumperetur totum teſtamentum, vt dictum eſt.ſ.eo.l.ſi. & ſic eueniret inconueniẽs, ſcilicet quod auferretur mihi pars mea quam adiuiſſem: & idem eſſet ſi ipſe Titius adiret ſolus pro ſua parte, & ego poſtea repudiarẽ meam. & hoc dicit principium & finis huius.l. medium autem reſponſum ponit talem caſum: Pone retento caſu in princi.l.poſito, quod ego & Titius meus coheres fuimus inuicem ſubſtituti: & in ſubſtitutione fuit præteritus dictus poſtumus: poſtea dictus Titius deceſſit antequam adiret pro ſua parte, vel repudiauit. nunquid ego poſſum adire, & eſſe ex aſſe heres? Et dicitur quòd ſic, non obſtante quòd dictus poſtumus fuit præteritus à dicta noſtra ſubſtitutione: quia egomet qui fui ſubſtitutus coheredi meo, poſſum adire ex inſtitutione de me facta, à qua inſtitutione poſtumus fuit exheredatus, vt dictum eſt. ita valuit. Viuianus.
i *A nobis.* tantũ hoc expreſſo: vel intra gradum facta exheredatione. alioquin ab omnibus videtur exheredatus: vt.ſ.titu.j.l.iij.§.ij. Accurſius.
k *In cuius.* ſ.inſtituti: ſed imò videtur non vocari: vt.C.de impub. & ali.ſubſti.l.pe.contra.ſolu.vt ibi. ADDITIO. Dic quòd ibi fuit facta ſubſtitutio vtrique: hîc ſingulis, ſecundum Bar.
l *Subſtitutus vocatur.* [b] quia potior eſt me coherede. præfertur enim ſubſtitutus coniuncto: ſed aliàs quandoque habet plus coniunctus quàm ſubſtitutus: vt.ff.de ſuis & legi.l.ſi ex pluribus. ſed licèt vocetur hic ſubſtitutus, non tamẽ eſt heres: quia eius gradus rumpitur: nec tamẽ patitur habere coheredem. ſic & aliàs in vxore: vt in authen.qui.mo.na.effi.ſui.§.ſi quis autem defunctus.colla.vj.& infra ad Tertyl.l.æquiſſimum.§.j.&.l.ij.§.obiicitur. Itemi ſecundum hoc fallit regula tradita infra de diuer. præ. l.de acceſſionibus. ſicut & in Turbone: vt ſupra qui po.in pig.ha.l.Claudius. Azo.

† Paſſiue. vt l.conſilio.ſ. de cur.fur.

† l.non eſſe neceſſe vt denuo heres inſtituatur vel exheredetur. Cont.

b] Not. ad iſtam gl.tex. ſing. per quẽ ſubſtitutus in legato excluditur per filium legatarij. in l.generaliter. in fi.ver.quæ omnia.C.de inſtit.& ſub.

a *Ruptum eſt*. eſt enim hoc ideo, quia inuenitur exheredatus à perſona tantùm: & ita non tenet exheredatio: vt. j. tit. j. l. iij. §. ij. Itē no. q. non poteſt rumpi pro parte:[a] vt hîc, & j. de fideicōm. liber. l. pater ſi duos. Idem per natum preteritū: vt. s. titu. j. l. fi. aliud in teſtamēto inofficioſo: vt ſupra de inoffic. teſta. l. circa. Accurſius.

a] Fallit in teſtamento militis: vt plenè dixi in. l. i. j. de mili. teſta.

b *Puto*. quia nō inueniretur pſona à qua ſit exheredatus poſtum⁹. Azo.

c *Adire poterit*. vt teneat ſua aditio ſic vt nec poſſit retractari. H.

d *Omittente*. id eſt, repudiante. Azo.

L *Vcius*.] CASVS. Lucius Titius cū eſſet ſanus mēte & corpore, fecit teſtamētū, in quo heredē ſibi instituit Seium. poſtea factus infirmus mente & corpore illud incidit. & certè nihilominus valet. Viuia.

e *Mente captus*. alioquin ſec⁹. quod dic vt no. C. de teſta. l. noſtrā. & facit. j. de ſecū. tab. l. j. §. ſi linū. & l. ſeq. & §. ſemel. & j. titu. j. l. j. in prin.

DE HIS QVÆ in teſtamento delentur, inducantur, &c.

*Quia per deletionē caſſatur teſtamentū: ideo de h. d. Irritū etiā fit teſtamētum pars ve teſtamēti ea quam teſtator cōſulto deleuit, induxit vel inſcripſit l. pen. et vlt. hoc titu. l. in fraudē. §. j. de mil. teſt. quo de genere irriti hic titulus eſt. Deleta dicimus quæ lituris corrupta ſunt, Inducta quæ cācellis, Inſcripta, quæ alijs literis. Superſcripta, quæ in deletorum locum venerūt. Gellius 20. veſtrum, inquit, aboleuerunt & veſtri ſuperſcripſerunt. Cuiac.*

Fl. adiri.

eſt: ruptum[a] eſt teſtamentum.

Sed ſi ego & Titius inuicē ſubſtituti ſimus, quāuis quaſi in partem ſubſtitutionis exheredat⁹ nō ſit: mortuo vel repudiante Titio me poſſe adire puto,[b] & ex aſſe heredem eſſe. In prima tamē ſpecie, & ſi viuat Titius, neque ego ſine illo, neque ipſe ſine me adire poterit:[c] quia incertū eſt an adhuc altero omittēte[d] rumpatur teſtamentum. itaque ſimul adire poſſumus.

Teſtamētū inciſum à teſtatore non ſanæ mētis non rūpitur. Bar.

XX. IDEM *libro tertiodecimo Digeſtorum*.

L Vcius Titius integra mēte & valetudine teſtamētū fecit vti oportet: poſtea cū in valetudinem aduerſam incidiſſet, mente captus[e] tabulas eaſdem incīdit. quæro an heredes his tabulis inſtituti adire poſſint hereditatem. Reſpondit, ſecundum ea quæ proponerentur, non ideo minus adire[*] poſſe.

DE HIS QVÆ IN TESTAmento delentur, inducuntur, vel inſcribuntur.

TITVLVS IIII.

Primò ponit vnum dictum. Secundò exponit quodlibet verbū illius dicti per multas particulas. Secunda ibi, Legi autem. Secūda ſubdiuiditur in multas particulas. Bartolus.

I. VLPIANVS *libro quintodecimo ad Sabinum*.

Q *Væ in teſtamento*.] CASVS. Titi⁹ faciēs teſtamētū inſtituit ſibi heredē Seium, & dedit legata & libertates pone: & ante conſummationē teſtamēti deleuit ipſe teſtator, & induxit vel ſcripſit non deberi quędam legata. quæritur, vtrum debeantur an non dicta legata? Et diſtinguitur in hac. l. aut non erat teſtamentum cōſummatum: aut erat. Primo caſu aut fuerunt incōſulto deleta & inducta, vel ſcriptū quòd non debeantur: aut cōſultò. ſi inconſultò, & legi poſſunt: nihilominus valet. ſi autem cōſultò: non valent ipſo iure. Si autem alius ſcripſerit quod non debeantur, vel induxit vel deleuit ſine iuſſu teſtatoris, prò nihilo eſt dicta ſcriptura vel inductio vel deletio. Quòd autem dixi inconſultò deleta nihilominus valere ſi legi poſſunt: intelligas ſi oculo perſpici poteſt quod ſcriptum eſt. Si autem non poſſit legi, ſed extrinſecus tantùm intelligas, non videtur legi poſſe: & ita non debentur. Ad hoc autem vt inconſultò deleta nihilominus valeant: ſufficit ſi legi poſſunt, vt dictum eſt: & hoc ſiue ſint inducta ab ipſo teſtatore, vt dictum eſt: ſiue ab alio cum voluntate teſtatoris. Item hoc ſiue ſint inducta pro parte, ſiue perducta in totum. Si ergo teſtator ſcribat in vltima parte teſtamēti, lituras, inductiones, ſuperinductiones ipſe ego feci: non videbitur referri ad ea quæ inconſultò contigerunt. Si autem dicta inconſultò deleta legi non poſſunt, non debentur. Secundo caſu. i. quādo poſt cōſummationē teſtamenti teſtator induxit vel deleuit legata, vel ſcripſit quòd nolebat deberi: diſtingue ſimiliter: aut cōſultò hoc fecit, aut inconſultò. Si conſultò, non dicuntur legata valere ipſo iure, ſicut dictum eſt in prima parte: ſed petentes ea repelluntur per exceptionem. Si autem inconſultò, non repellerentur petētes: & hoc ſiue legi poſſunt, ſiue non: quanuis ſi ante conſummationem teſtamenti eſſent inducta, diſtinguatur legi poſſint vel non, vt dictū eſt.

Verba Sabini.

Et eſt ratio: quia & ſi totum non extaret teſtamentum inconſulto teſtatore, nihilominus valeret ea quæ in eo ſcripta eſſent: ſed ſi ipſe teſtator feciſſet conſultò non extare totum heredi teſtamentum, actiones legatariis denegarentur. Sed pone quod dictus teſtator ademit dicto heredi totū illud in quo eum inſtituerat, eo quod ipſe heres cōdidit teſtamētum ſuum. certè iure vi debitur adēptio facta, quaſi nec data fuerit ei hereditas adempta. Sed quid ſi in dicto teſtamento confirmauit codicillos futuros & poſt ea fecit codicillos, & reliquit aliquid in codicillis: & poſtea deleuit ita malè vt appareat q̇d reliquit: an debeatur re lictū? Et certè non: quia codicilli non valent, cū ſint à teſtatore deleti. Viuianus.

A

Q Væ in teſtamento legi poſſunt,[f] ea incōſultò deleta & inducta nihilominus valent: conſultò, nō valēt.[g] Id verò[h] quod non iuſſu domini ſcriptum, inductū deletúmve eſt, pro nihilo eſt.

*Legi* autē ſic accipiēdū, non intellegi,[i] ſed oculis perſpici quæ ſunt ſcripta. Cæterùm ſi extrinſecus[k] intellegūtur, non videbuntur legi poſſe. Sufficit[l] autem ſi legibilia ſint incōſultò deleta, ſiue ab ipſo[m] ſiue ab alio, Sed nolentibus.[n] Inducta accipiendum eſt & ſi perducta ſint. quod igitur incautè factum eſt, pro non facto eſt, ſi legi potuit.

B

Hîc format vnam quæſtionem circa præmiſſa. Bartolus.

Et ideo & ſi nouiſſimè (vt ſolet) teſtamento fuerit adſcriptū: *Lituras, inductiões, ſuperinductiões ipſe*[o] *feci*: non videbitur[p] referri ad ea quæ inconſultò contigerūt. Proinde & ſi incōſultò ſuperſcripſit[q] induxiſſe ſe, manebunt: & ſi ademit,[r] non erunt adempta.

C

Hîc format aliam quæſtionem circa præmiſſa. Bartolus.

Sed ſi legi[ſ] non poſſunt quæ inconſultò deleta ſunt, dicendum eſt non deberi. ſed hoc ita demū, ſi ante conſummationem teſtamenti factum eſt.[t]

Hîc facit vnā quæſtionem circa id quod proximè dixerat. Bar.

D

Sed conſultò[u] quidem dele-

Verba Viani. [Verba Vlpiani.]

f *Quæ in teſtamento legi poſſunt*. poſt deletionē. ſed ſi non poſſunt legi: tūc diſtinguitur, an ante conſummatū, vt tūc non valeat: ſi poſt, ſic: vt infra ea. l. §. ſed ſi legi. & §. ſed conſulto.

g *Non valent*. ipſo iure, ſi ante teſtamētum cōſummatum factū ſit. ſi poſtea per exceptionē: vt. j. videtur dicere. §. ſed conſultò. & j. de lega. j. l. ſi ita ſcriptū. & j. eo. l. iij. & de ſecū. tabu. l. fi. §. teſtamēto. Accur.

h *Id verò*. redit ad primum. & dic pro nihilo ſcilicet eſt quod inducit: ſed ſcriptura inducta valet: vt modò in princip. & j. ibi, quod igitur incaute. & facit j. de adimen. leg. l. nihil. & C. de teſta. l. ſi vnus. & quod ibi not. & C. de tranſa. l. penul.

i *Non intellegi*. ſcilicet tantum. Hugo.

k *Si extrinſecus*. alicuius ingenio, vel ſubtilitate ſua: non ex ipſa littera, nec ex vi ipſius literæ: ſed ex his fortè quæ præcedunt in teſtamento, vel quæ ſequūtur. Azo.

l *Sufficit*. redit ad primum caſum.

m *Ab ipſo*. ſcilicet teſtatore ſicut deleta inconſultè.

n *Sed volentibus*. ſcilicet teſtatoribus. & dic ſiue pro parte inducta, ſiue in totum perducta volentibus teſtatoribus: & tunc dic, valent. ſed aliàs eſt, nolentibus: & tunc dic non valent.

o *Ipſe*. ſcilicet ego teſtator.

p *Non videbitur*. ſic ſupra de tranſa. l. cum Aquiliana. & de contrahen. emp. l. in lege fundi.

E

q *Superſcripſit*. id eſt, teſtator inconſultè, volens fortè experiri pennam, ſcripſit ſe feciſſe inductiones quæ ab alio inconſultè factæ erant. certè manent relicta, ſcilicet valida. Accurſius.

r *Et ſi ademit*. ſcilicet inconſultè. & eſt plana. Vel dic conſultè: ſed tūc non erunt adempta, ſcilicet alia quæ per aliū inconſultè deleta erant. vel dic ademit. i. ſcripſit ſe ademiſſe: quę erant deleta, non videntur adempta, id eſt, alia quæ per alium inconſultè deleta erant.

ſ *Sed ſi legi*. ad principium bene accommodatur.

t *Factum eſt*. i. contingit deletio. aliàs contra: vt. j. §. proxi. & hoc eſt ideo, quia preſumimus quod ſi ea preſtari voluiſſet, iterum ea reliquiſſet & refeciſſet ſic vt bene poſſent legi. cum igitur non fecerit, videtur pœnituiſſe, & voluntatem mutaſſe. & eſt ſic ad iſtum. §. s. de teſta. tute. l. ſi quis. §. ſi quis cum. & s. de teſta. l. heredes. §. j. Hug.

u *Sed conſultò*. poſt conſummationem teſtamēti, vt habeat locum quod de exceptione dicit: vt infra de leg. j. l. ſi ita ſcriptum. & vt differat à præcedenti. Accurſius.

Exceptione

a Exceptione. contra.j̃.eo.l. pe.§. ſed nonnullos. Sol.vt ibi.
b Poſſunt. hîc poſt conſummationem. ſecus ſi ante: vt.s̃.proxi.
c Non poſſunt. particularis deletio non nocet: quoniam nec vniuerſalis. Accurſius.
d Non extet. quia perditum eſt poſt mortem vel ante mortem, & hoc de iure ciuili: ſed quantū ad bonorū poſſeſſionem petēdam neceſſe eſt poſt mortē extare tabulas: vt.j̃. ſi ta.teſta.null.exta.l.j.& de ſecun.tab.l.j.§.ſemel.&.§.ſi linū.& ſi tab. teſt.nul. exta.l.j.§.pe.&. C.de teſta.l. noſtrā. Item quod dicit, quoniā ſi totū &c. arg.ſumit à minori.Hu.

ta exceptione [a]petētes repelluntur: in cōſultò verò, nō repelluntur: ſiue legi poſſunt, [b]ſiue non poſſunt: [c]quoniā ſi totum teſtamentū non exſtet, [d]cōſtat valere omnia quæ in eo ſcripta ſunt. Et ſi quidē illud conſcidit teſtator, denegabuntur actiones. ſi verò alius [e]inuito teſtatore: non denegabuntur.

Iſte verſiculus refertur ad totū dictum. Bartolus.

Et hereditatis portio adempta vel tota hereditas, ſi fortè ſit ſubſtitutus, [f]iure [g]facta videbitur: [h] non quaſi adēpta: quoniam hereditas ſemel data adimi facilè non poteſt: ſed quaſi nec data. [i] Si quis codicillos in teſtamēto confirmauit, & codicillis aliquid adſcripſit, mox deleuit ita vt appareat, [k]an debeatur? [l]Et Pomponius ſcribit codicillos deletos [m]
C non valere.

In dubio cancellatio reſtringitur ad rationem ipſi cancellationi adiectam. Barto.

II. Idem *libro quarto Diſputationum.*

CAncellauerat † quis teſtamentum, vel induxerat, etſi propter vnum heredē facere dixerat. id poſtea teſtamentum ſignatum eſt, [n]quærebatur de viribus teſtamenti, deq; portione eius propter quem ſe cancellaſſe dixerat. Dicebam, ſi quidē vnius

e Si verò alius. præter heredem. nam tunc denegabūtur actiones: & hoc eſt quod ſequitur, & hereditatis.
f Subſtitutus. qui cōſcidit (aliàs incidit) inuito teſtatore. patitur enim pœnam vt amittat hereditatem: vt arg.C.de lega.l.non eſt dubiū. &.l. pen.&.j̃. ad Trebel.leg. Paulus reſpondit ſi certa. Accurſius.
g Iure. hîc incipit reſponſum. Accurſius.
h Videbitur. ſcilicet ademptio.& dic tūc per.l. vt referas ad proxi. vel dic per teſtatorē, & referas ibi, & ſi quidem &c.
i Nec data. efficaciter, quod tempore aditiōis eſt inſpiciēdum: vt.j̃.titu.j.l. ei qui. hîc autem nullo tempore videtur efficaciter data: & hoc de fictione. verè tamen fuit data: ſed tamen obſtat exceptio. legatarij ſimiliter repellūtur exceptione: vt & in hoc.§. ſed cōſultò. ſed in legato nō eſt opus fictione: quia ſemel efficaciter datum ipſo iure transferri poteſt in alium pro voluntate defuncti: vt infra de adimen.leg.l.iij.j.reſpō.& de lega.ij.l.peto.§.fratre. &.l. cum patre.§. libertis. quod in herede non eſt. Item quod ſit heres iure mero, probatur: quia aliter non deferretur fiſco hereditas: ſed ad heredes ab inteſtato: quod negatur: vt infra eo.l.proxi.niſi probetur quòd ideo id fecit teſtator, vt perueniret ad legitimum: vt.j̃. eo.l. fina. vel ad eum quem in primo teſtamento inſtituerat: vt.j̃. de ſecun. tab.l.pe.§. teſtamēto. Azo.& adde quod eſt.C.de teſta.l. noſtram.&.s̃.de mino.l.& ſi ſine.§.ſed quod Papinianus.& facit.s̃. tit.ij.l.ſi ita.§.regula.&.j̃.de mili. teſta.l. ſi certarum.§. ſi eodem teſtamento.&.j̃. de adimen.lega.l. ex parte.&.l.legatum.§.pater.Sed argu.contra in eo.tit.l.filio.§. matri.
k Appareat. quid eſt relictum. Accurſius.
l Debeatur. ſcilicet relictum.
m Deletos. conſultò vt dixit: licèt poſſint legi, vt in princi. huius.l. &.§.conſultò.Accurſius.

† Iſta eſt materia peculiaris in caſu cācellatiōis: & hîc agitur vtrū cancellatio vitiet inſtrumētū. Et dic quòd aut agitur petitorio, & tūc ſi ſit cācellatio in loco ſuſpecto, in totū vitiatur. aut poſſeſſorio, & tūc ſecus. de quo &c. per Bar.in.l. in fraudē.§. ſicut.j̃. de mili.teſta.

CAncellauerat.] CASVS. Inſtitui mihi tres heredes: pone Titiū & Gaium & Sempronium: & Titio ſubſtitui Mæuium: poſtea cancellaui vel induxi totum teſtamentum: & dixi me hoc facere propter Titium prædictū ſolum: & poſtea dictum teſtamentum ſignatū fuit ſigillis teſtium. modò quæritur, vtrū valeat teſtamentum: & ſi valeat, vtrum valeat quantū ad partē illius propter quem me cancellaſſe dixerā? Iuris autem conſultus interſerit alia antequā quæſtionem propoſitā ſoluat.& dices quod ſi nomē tantum vnius ex tribus dictis heredibus induxi vel cācellaui, certè ipſe ſolus erit excluſus, alij autē non, ſed legata relicta à dicto excluſo debebuntur ita demū ſi ea fuit voluntas mei teſtatoris teſtantis vt ſola eius inſtitutio caſſaretur: & etiam ſubſtitutus dicti excluſi non repellitur ab hereditate. In noſtro autem caſu, ſcilicet quando omnia nomina heredū induxi, ſed dixi me facere propter ſolū Titium,
A diſtinguitur vtrum Titium tantū fraudare volui hereditate: an voluerim infirmare teſtamentum totum cauſa illius. Primo caſu aliis nihil nocebit, nō magis, quàm ſi volens ego vnū tantum heredem cancellare, inuitus, & alium cācellaui. Secūdo caſu omnib. heredibus denegabuntur actiones ex teſtamēto. Si autem eſt dubium in dicto noſtro caſu vtrū totum teſtamentū, an vnius heredum tātum nomen volui ego teſtator cancellare: tunc inſtitutio coheredis prædicti Titij nō infirmatur: vt legata in dicto teſtamento relicta à dictis coheredib⁹ debentur. Viuianus.

ex heredibus nomen induxerit, ſine dubio cæteram [o]partem teſtamenti valere, & ipſi ſoli denegari actiones: ſed legata ab eo nominatim relicta debebuntur, ſi voluntas [p]ea fuit teſtantis, vt tātùm heredis inſtitutio improbetur. Sed ſi inſtituti nomen induxit, & ſubſtituti reliquit: inſti-
B tutus *emolumentū hereditatis non habebit. ſed ſi omnia nomina induxerit, vt proponitur: adſcripſerit autē idcirco ſe id feciſſe, quia vnū heredem offenſum habuit: multū intereſſe arbitror vtrum illum tātùm fraudare voluit hereditate, an verò cauſa illius totum teſtamētum infirmare: vt licèt vnus inductionis cauſam præbuerit, verùm omnibus obfuerit. Et ſi quidem ſoli ei ademptam voluit portionem, cęte-
C ris nihil nocebit inductio: non magis quàm ſi volens vnum heredem inducere, inuitus & alium induxerit. Quòd ſi putauerit totum teſtamentum delendum ob vnius malum meritū, omnibus denegantur [q] actiones. Sed an legatariis denegari actio debeat, quæſtio eſt. [r] In ambiguo [ſ]tamen interpretandū erit & legata deberi, & coheredum inſtitutionem non eſſe infirmandam.

Inſtrumentum quod cancella-
D tum eſt, ſiue in eo aliqua nomina legatariorū inducta, nō omnino

n Signatum eſt. ſcilicet à teſtibus: non autem dicas à teſtatore de nouo totum factum: quia tūc non eſſet dubium.
o Cæteram. raro inuenietur in ſingulari cętera pars, ſicut codicilli & pugillares: vt.j̃. de verb. ſigni.l.non eſt.ſic.C. de ſacr.ſā.eccl.l.generalis.
p Voluntas ea fuerit. non aliàs: vt.j̃.de leg.ij.l. Celſus.§.quod alicuius. quę eſt contra. Solu. vt ibi. Item facit in eo.titu.l. ſi Titio.§. Iulianus.
q Denegantur. j̃. de here. inſtit.l. paterfami. in fi.contra. Sol.vt ibi.
r Quæſtio eſt. ſed nō ſoluitur. ſed.j̃.l. proxi. in princi. ſol. ſcilicet vt legata præſtentur.
ſ In ambiguo. i.cū dubitatur an totū teſtamentum vel vnius nomen tātùm teſtator inducere voluerit. Hug.

* Quidā putāt legendū, ſubſtitutus, quāuis Flor. & in omnib. manuſcr. legatur inſtitutus.

PRoximè.] CASVS. Quidā nomine Valerius Nepos fecit teſtamentum: & inſtituit ſibi tres heredes pone: & reliquit multa legata & libertates. poſtea mutata voluntate incidit teſtamentū, & nomina heredum induxit ea intentione, quia putauit eos heredes indignos hereditate ſua. Certè dixit imperator Antoninus ꝙ hereditas nō pertinet ad heredes ſcriptos, ſed ad fiſcum. & cum eſſet quæſtio corā eo Antonino de hereditate prædicta inter dictos heredes ſcriptos & aduocatos fiſci & legatarios quibus erant relicta legata, ita dixit ipſe Antoninus aduocatis fiſci: vos habetis aduocatos veſtros, & poteſtis petere cum eis hereditatem dicti Valerij Nepotis. Iunius autem Zeno qui erat vnus de legatariis, ita dixit: De legatis relictis à dicto Valerio nepote quid ſtatuetis domine imperator Antonine? Et duxit ſecum dictus lega-
SEd *ſi in conditione.*] CASVS. Filius fuit inſtitutus ſub poteſtatiua conditione, & fuit ei datus ſubſtitutus: & in dicta cōditione fuit appoſita dies hoc modo: Inſtituo mihi filiū meum heredem ſi in capitolium intra triginta dies aſcenderit.certè ſi non pareat conditioni dictus filius intra triginta dies,repellitur, & ſubſtitutus admittitur. [SOLEMVS.] Inſtitui mihi heredem Titium: ipſe Titius ante mortē meam fuit in inſulam deportatus, & poſtea fuit reſtitutus,& poſtea ego deceſſi.certè bene habebit hereditatem meā: quia illud quod euenit ei medio tempore, id eſt, inter inſtitutionem eius & mortem meam,nihil ei nocet.[SERVVS ALIENVS.] Inſtitui mihi heredem Stichum ſeruum Titij ſub conditione,ſi nauis ex Aſia venerit:& poſtea deceſsi. D Titius prædictus dominus dicti Stichi tradidit eundem Stichum fortè ex donat.ſeruo cuidam quem in mea hereditate reliqui: & ita acquiſitus eſt Stichus hereditati meæ, & mihi ſi viuerem:& ita deuenit dictus Stichus ad eum caſum à quo incipere non potuiſſet. nam ſi meus fuiſſet tempore dicti mei teſtamenti in quo eum Stichum heredem inſtitui,vt dictum eſt:non poſſem eum inſtituiſſe neque purè, neque ſub conditione, cum ei non dediſſem libertatem cum inſtitutione ſecundum iſta iura.poſt ea dictus Stichus peruenit ad quendam extraneum: qui extraneus bona fide & iuſto titulo poſſedit eum per triennium: & ſic eum vſucepit: & ſic exiuit de dicto caſu à quo incipere non poteſt: & ſic non videtur perueniſſe ad eum caſum: & ideo inſtitutio de eo per me facta(vt dictum eſt) non vitiatur. [SI SERVVM COMMVNEM.] Ego & Titius habebamus ſeruum communem, & dictum ſeruum mihi heredem inſtitui cum libertate: & antequam morerer, emi partem ſuam à Titio quam habebat in dicto E ſeruo. certè quamuis antequam eum redimerem non deberet eſſe meus heres neceſſarius,erit tamen nunc. Sed pone quòd filium meum impuberem mihi heredem inſtitui,& ei ſubſtitui pupillariter dictum ſeruum mihi communem cum dicto Titio: & poſtea partem Titij redemit dictus impubes. certè non erit hoc caſu neceſſarius heres impuberis dictus ſeruus. Sed retento primo caſu, nūquid poſſum dicto ſeruo adimere libertatem in codicillis quos poſtea feci? & diſtinguitur. aut eum redemi à dicto Titio meo ſocio:& ſic fuit factus heres meus neceſſarius. aut non redemi: & ſic non fuit mihi heres neceſſarius. Primo caſu dicta ademptio libertatis non valet, ſecundo ſic. & eſt ratio quare in primo non valet ademptio,quia cum eo caſu à ſemetipſo libertatem receperit ſeruus prędictus,iam à ſemetipſo videretur ei adimi libertas:quod eſſet abſurdum: quia ſicuti legari ſibi à ſemetipſo nō poteſt dictus ſeruus,ita nec à ſe herede inſolidum & in totum adimi poteſt ei libertas. Viuianus.

sed ſi

a ſed ſi conditioni. facit ſupra.l.proxi.in fi.
b *Sub omni.* inſtituitur ergo hic nepos ne præmortuo filio viuo auo præteritus nepos rūpat per.l.Vell.vt.ſ.de iniu.teſt.l.poſthumorum. tunc enim ſub omni conditione inſtitui poteſt, vt hîc, &c.ſ. eo.l.ſuus.&.ʒ.de ſuis & le.here.l.j.§. ſciendum.quid autem ſi filius non eſt? Reſpon. tunc & idem quod in filiis ſecundum Io.& Azo.vt tantùm ſub poteſtatiua conditione poſſit inſtitui: & hoc ſubiicit,ſi redigātur &c.i.redigi poſſunt.q.d. prædicto caſu vbi filius præcedit ſub qualibet, licèt poſſit redigi ad cōditionem filij ſi filius non eſſet: quia tunc vt filius debet inſtitui ſub poteſtatiua tantum. Alij contra: & dicunt,redigantur,ſcilicet quo ad alia, nō quo ad hoc: & ꝓ primo quòd liberi primi gradus pluſculum habeant, eſt.C. ad Trebel. le. iubemus. §.fin.
c *Media tempora*. Tria ſunt tempora: tēpus teſtamenti,mortis,& aditionis.licèt enim in medio eorū extraneus heres fiat non capax, ſi tamen his temporibus ſit capax,ſatis eſt:vt hîc,& ʒ. eo.l. ſi alienum.§.j. & inſtitu. de here.quali.& dif.§. in extraneis. & facit.ʒ. de ſecun. tab.l.j.§. ſed & ſi quis. &.ʒ. eo.l. quoties.§. ſeruus cum liber.&.l. ſeruum meū. &.ʒ.l. proxi.
d *Peregrinus*. id eſt deportatus. & ſic non capax: vt.C.de here. inſti.l.j.
e *Peruenit*. per reſtitutionem in integrum, vel per indulgentiam principis: vt.C.de ſen.paſ.l.j.&.l. cum indulgentia.
f *Sub conditione*.vt ſi dederit illi decem,vel ſimili.aliud fortè ſi ſub ea,cum liber erit:quia alienus ſeruus ſub ea inſtitui poteſt,ſed proprius non: vt.ʒ.de condi.inſtit.l. ſeruus alienus ita. ſi ergo eſſet inſtitutus, fortè vitiaretur inſtitutio ſi traditus eſſet ſeruo hereditario vel ipſi teſtatori qui perueniſſet in eum caſum à quo ſic inſtitui nō poſſet. Item bene dicit ſub conditione: quia ſi purè fortè,vitiata eſſet inſtitutio cum traditus eſſet ſeruo hereditario,vel ipſi teſtatori, quia perueniſſet in eum caſum &c. & quia ſic purè ſine adiectione libertatis ſeruum proprium inſtituere non poteſt hoc iure: vt inſtitu.de heredi.inſtitu.in princi. Sed hodie contra: vt ibidem dicitur. Vel dic ſecundum Io. ſi hereditarius mādaſſet,eſſet vitiata, cum non eſſet cui quæreret ſi tunc conditio exiſteret. nam ipſam ſibiipſi quæri per ſeruum iſtum abſurdum eſt: ſed tunc alienatus quærit nouo domino. & facit ſupra.§. proxi.
g *Mox vſucaptus*. id eſt ſtatim vſucaptus pendente conditione: vt quia aliquo modo bona fide vel iuſto titulo peruenit ad illum extraneum poſſeſſio hæc.
h *Non eſt vitiata*. & ſic exiſtente cōditione iuſſu illius domini adire poterit hereditatem, & ſibi quærere.H.
i *Cum libertate*. dicas quòd alienum non poſſum inſtituere cum libertate,etiā ſi poſtea fiat teſtantis, ſed ſine ſic: vt.ʒ.eo.l. ſi alienū. &.ſ. proxi.§. at proprium cum libertate, & non aliter olim. hodie contra:vt.ſ.no.proxi.§.ſi autem cōmunem: aut cū libertate,& non valet vt ſit neceſſarius,niſi poſtea partem ſocij redimat:vt hîc,&.ʒ. proxi. reſpon. Sed ſocio accreſcebat: vt inſti. de dona.§. fi. hodie contra.nam erit liber & neceſſarius heres dato pretio partis ſocio: vt.C.de cōmuni ſer.ma.l.j.§.j.ibi, licèt ipſe cōmunis ſeruus &c.ſed ſimpliciter tenet: vt.ſ.eo.l. ſeruus.in prin. & etiam hodie accreſcit hereditas ſocio:vt.d.l.j.de communi ſer.ma. &.ʒ.ad.l.Falci.l. Plautius.&.C.eo.l.iij.&.ſ.pro ſoc.l.verū.§. ſeruo communi. & facit.ʒ.l. proxi.&.l.duo.&.ʒ.tit.j.l. ſi ſeruus communis.
k *Partem*. quæ erat aliena: & ſic habet totum.
l *Non efficietur*. ſed voluntarius: vt.ʒ.tit.j.l. ſi ſeruus communis.ij.

*idque conſequens.

### VI. Vlpianvs *libro quarto ad Sabinum.*

Sed ſi conditioni [a] dies eſſet adiectus,vtputa, *Si Capitolium intra dies triginta aſcenderit*: tantundem poteſt dici,vt ſi non paruerit cōditioni, ſubſtitutus poſſit admitti filio repulſo.cōſequēs *eſt ſententiæ Iuliani,& noſtræ.

Liberi ſequentis gradus poſt filium poſſunt ſub omni conditione inſtitui. Bartolus.

Nepotes autem, & deinceps cæteri qui ex lege Vellea inſtituti non rumpunt teſtamenta, ſub omni [b] conditione inſtitui poſſunt, etſi redigantur ad filij conditionem.

Incapacitas medij temporis inſtitutionem non vitiat. Bartolus.

Solemus dicere media tempora [c] non nocere:vtputa ciuis Romanus heres ſcriptus, viuo teſtatore factus eſt peregrinus, [d] mox ciuitatem Romanam peruenit. [e] media tempora non nocent. Seruus alienus ſub conditione [f] heres ſcriptus, traditus eſt ſeruus hereditario: mox vſucaptus [g] ab extraneo. Non eſt vitiata [h]

A reſpon.& eſt ratio: quia quos poſſum mihi heredes facere neceſſarios, & filio meo &c. vt.ʒ.tit.j.l. ſed ſi plures.§.j. at ſeruum communem non poſſum facere neceſſarium niſi redimam: ergo nec filio meo, licet ipſe redimat.
m *Cum libertate*. intelligas vbi totus ſuus erat ſeruus. nam ſi communis,non poſſet inſtitui cum libertate. Azo. vt.ſ.proxi.§. no. ſed Io. dicit etiam in communi ſecus.

inſtitutio.

Si ſeruus cum libertate inſtitutus redimatur in vita teſtatoris, efficitur neceſſarius: ſecus ſi poſt mortem. Bartolus.

Si ſeruum communem cum libertate [i] dominus heredem ſcripſerit,& eum redemerit:neceſſarius efficietur. Sed ſi ſubſtitutus B ſit impuberi,& partem [k] redemerit impubes, neceſſarius non efficietur: [l] vt Iulianus ſcribit.

Si ſeruus ſolus cum libertate inſtituatur, libertatem recipit à ſeipſo: ideo à ſeipſo adimi non poteſt. Bartolus.

Sed ſi ſit cum libertate [m] inſtitutus, an ei libertatis datio codicillis adimi poſſit, apud Iulianum quæritur. Et putat in eum caſum quo neceſſarius fieret, [n] ademptionem non valere: [o] ne à C ſemetipſo ei adimatur libertas. Seruus enim heres inſtitutus, à ſemetipſo [p] libertatem accipit. Quæ ſententia habet rationem. nam ſicuti legari ſibi non poteſt, ita nec à ſe adimi.

### VII. Ivlianvs *libro trigenſimo Digeſtorum.*

n *Fieret*. quod erit ſi non fuerit alienatus vel manumiſſus: vt inſt. de her. inſti.§. ſeruus autē. vel ſecundum Io. quod erit ſi redimatur.
o *Non valere*. nam nec in teſtamento eodē cōceditur, niſi admittatur vtraque:vt.ſ.de liber.& poſthum.l.ſi ita.§. regulam. & facit inſtit.de codicil.§. nec codicillis. in fine.
p *A ſemetipſo*. id eſt ne libertas quā à ſe habet ei adimatur: ſeruus enī &c. Et not. quòd libertas ſerui inſtituti cum libertate, non poteſt alij legari: nec ab ipſo inſtituto adimi. & eſt ratio: quia habet eā à ſeipſo, id eſt non habet vt heres, quia ſic eſſet res hereditaria,ſed vt ſingulare cōmodum quod de herede in alium cōſueuit dari:ſed hic ipſe ſibi, vt hîc,&.ʒ.de acquiren. here.l.ex parte. quia ergo nō habet eam vt heres,non poteſt ei adimi vt heredi.nam & ſic.ſicut à ſimili, non poteſt ſibi legari libertas: vel ipſemet ſibi: cum ipſe ſit heres:ita nec adimi.ſic infra de adimen.lega.l.legata inutiliter.§. fina. ſed videtur quòd poſſit legari ſibi ipſemet: vt.C. de communi ſer.ma.l.fin. contra. Solu. ibi erat alius heres inſtitutus, vnde libertas videtur per ipſum legati ſibi: at hîc ipſe ſolus eſt heres inſti- D tutus. vnde ſe ſibi dare non poteſt.& ſic ſolu.infra de lega.j.l.ſenatus.§. fin. contra. nam ibi non erat inſtitutus, quinimo nec ſua res poteſt ſibi à ſe legari: vt infra de leg.j. & quidem. &.l. legatum.§. heredi. eſt & alia ratio quare non poteſt libertas adimi: quia quæ ſimul ſunt data, ſcilicet hereditas & libertas, non poſſunt ſeparatim adimi: propter quam rationem etiam hereditas ſine libertate adimi non poteſt: vt ſupra de liber. & poſthu.l. ſi ita.§. regulam. Sed in noſtro caſu eſt prædicta ſpecialis ratio. Item & alia, quia ſi libertas poſſet adimi, ergo & hereditas: quod non debet eſſe: vt inſtit. de codi.§. fi. Not. ergo quod protinus eſt liber & heres: vt inſtit.de here. quā. & diffe. in princip. & ſupra ſi cer. pe.leg. eius qui. & eſt ratio quòd à ſemetipſo, quia ſic oportet hereditatem adire quam à ſemetipſo non acciperet: at hîc notabiliter tantùm de libertate dixit. Item cum habeat libertatem à ſeipſo, vt hîc, ergo cur non poteſt ei à ſeipſo legari? Reſpond. ibi ſunt oppoſita E heres & legatarius: vnde in eodem eſſe non poſſunt. hîc hereditas & libertas non ſunt oppoſita, imò quaſi connexa: & hæc eſt ratio: quia libertas non eſt res hereditaria: vt dixi. vel ſpeciale eſt in libertate.

Libertas res hereditaria non eſt.

Si *ſeruus communis*.] Casvs. Ego & Titius habebamus Stichū ſeruum communem: ego inſtitui eum heredem ſub conditione, ſi nauis ex Aſia venerit. & me adhuc exiſtēte viuo, Titius prædictus fecit teſta.& dedit dicto ſeruo libertatem ſub condi.ſi Seius conſul factus fuerit. poſtea ego deceſſi, & dictus Titius ſimiliter: & poſtea venit nauis ex Aſia: & ita extitit conditio inſtitutionis. ſed conditio prædicta libertatis pendet adhuc. Certè poteſt dictus ſeruus adire hereditatem meam iuſſu heredis dicti Titij. Sed & ſi dictus Titius dictum Stichum alienauit pēdente condi. libertatis quam ei dederat, ſiue alienauit eum heres dicti Titij, eo Titio mortuo iuſſu noui domini adibit hereditatem meam dictus Stichus. Viuianus.

a *Si ſeruus communis.* Tria ſunt:nam hereditas ſub conditione.Item libertas eodem teſtamento ſub alia conditione relicta fuit. Item poſtea liber factus viuo teſtatore. Is erit ergo heres domino voluntarius,ſi exiſtat conditio hereditatis : licet pendeat conditio in teſtamento datæ libertatis.ad hoc ſupra eod. l. ſeruus. §. qui fideicommiſſariam.

b *Conditione.* Si autem purè, tota hereditas videtur acquirēda ſocio: vt infra ad leg. Fal. l. Plautius.Hug.

c *Adire poteſt.* cum iam extitit conditio hereditatis.

d *Heres.* id eſt qui eſſet heres ſi hic ſeruus conditione defecerit. Vel dic coheres qui eum ſeruum non exiſtente cōditione libertatis, nec aliàs eo libero alienauit: & tunc extitit conditio hereditatis. Sed ſecundum hoc non videtur quòd poſſet dare pretium partis:vt.j. tit.j.l.ſi ſeruus communis. Sed nunquid hæc alienatio per heredem facta ſeruo adimet libertatē ſicut hereditatem ? Reſpon.non: vt infra eo.l. pater filio.

SI ſeruus communis[a] ſub cōditione[b] heres inſtitutus,viuo teſtatore libertatem conſecutus ſit:etiam pendente conditione teſtamentariæ libertatis adire[c] hereditatem poteſt. Item ſiue teſtator eum alienauerit, ſiue heres[d] poſt mortem teſtatoris: iuſſu domini[e] hereditatē adibit.

Si hereditatis delatæ à duobus dominis dies ſimul cedit: ſeruus vtrique neceſſarius heres erit. Bartolus.

VIII. IDEM *libro ſecundo ad Vrſeium Ferocem.*

DVo ſocij quendam ſeruum communem teſtamento facto heredem & liberum eſſe iuſſerant.ruina ſimul[f] oppreſſi perierant. Plerique reſponderunt, hoc caſu duobus orcinum * heredem exiſtere. & id eſt verius. Sed & ſi ſub eadem conditione ſeruum communem vterque ſocius liberum heredémque eſſe iuſſiſſet, eáque extitiſſet,[g] idem iuris erit.

B Error in corpore, vitiat inſtitutionem & legatum.

IX. VLPIANVS *libro quinto ad ſabinum.*

QVotiens † volens alium heredem ſcribere,alium[h] ſcripſerit,in corpore hominis errans, veluti, frater[i] meus, patronus meus : placet neq; eum heredē eſſe qui ſcriptus eſt, quoniam voluntate deficitur: neque eum quem voluit,quoniam ſcriptus non eſt.[k] Et ſi in re quis[l]

e *Domini.* noui: vt infra eo.l.quoties.§.ſeruus.

DVo ſocij.] CASVS. Ego & Titius dictum noſtrum ſeruum cō munem inſtituimus heredem nobis: & dedimus quilibet noſtrum ei libertatē in teſtamento.poſtea ſimul ambo perimus.certè erit nobis ambobus heres neceſſarius dictus ſeruus : quāuis ſi non periſſemus ſimul, non eſſet ambobus neceſſarius, ſed primo decedenti ſi eum redemit ante mortem ſuam:vt ſupra eo.l.ſed ſi in cōditione.§.ſi ſeruum.Vel ſi non redemit,ſed cōmunis remanſit,non erit neceſſarius heres ei,ſed ſocio acquiretur hereditas,vt dictū eſt in primo caſu.Sed& ſi nos qui ſimul perimus,vt dictū eſt,inſtituimus cum libertate heredem dictum noſtrum ſeruum quilibet ſub eadem conditione,& exiſtat conditio: erit ſimiliter vtrique noſtrū neceſſarius heres. Viuianus.

f *Simul.* nam ſi alter prius periiſſet, remaneret ſeruus alterius cuius ſolius poſſet eſſe amodo neceſſarius.

g *Extitiſſet.* idem & ſi diuerſis, dum tamen eodem tempore exiſtat ſecundum Ioan.ſi ergo diuerſis temporibus,ſecus:vt no.ſ.in.l. ſed & ſi in conditione.§.ſi ſeruum.

QVotiens.] CASVS. Cum vellem ſcribere heredem fratrem meum,ita ſcripſi:Patronum meum inſtituo heredem. vel cū vellem inſtituere patronum,ſcripſi fratrē meum.certè neuter habebit : quia in corpore illius quem volebam inſtituere, errauí.& idem eſt ſi in legando erraui in nomine appellatiuo.nam debebitur neutrum: vtputa dum volebā lancem legare, legaui veſtē. [SED SI NON.] Pone ego non erraui in corpore,ſed in parte.puta cum dictaſſem ex ſex vnciis heredē ſcribi Titium, notarius ſcripſit ex quatuor vnciis:vel egomet ſcripſi eum in quatuor.certè erit heres Titius in ſex vnciis.ſed econtra ſi volebam Titium ſcribi heredem in quatuor vnciis, & notarius ſcripſit eum in ſex heredem, vel ipſe ego:certè erit Titius heres tātum in quatuor vnciis. & idē in legato.nam ſi pro centum ſcripta ſunt ducenta : non debebuntur legatario niſi centum. [TANTVNDEM.] Ego volui Titium eſſe mihi heredem ſub conditione, & non aliter : & notarius vel ipſe ego non ſcripſi conditionem in inſtit.non erit heres Titius.ſed econtra ſi volui Titium heredem pure inſtituere, & notarius ſcripſit inſtitutionem conditionalem : erit Titius heres pure . ſed & ſi volebam inſtituere heredem in parte dimidia Titium ſiue quendam qui vocatur Primus: & ſcriptus eſt Primus & Secundus : ſolus Primus habebit.] SI QVIS NOMEN.] Ego volens inſtituere Titium qui erat rubeus,& habebat minus vnum oculum, ita dixi: inſtituo mihi heredem Titium rubeum habentem minus vnum oculum.certè erit heres dictus Titius: quanuis non nominauerim eum in inſtitutione.ſi autem non demonſtrarem eum certum, nō valeret inſtitutio . quandoque tamen videretur quibuſdam incertus,eſt tamen certus,& heredit.obtinet, puta ſi ita dicam, vter ex fratribus meis,ſcilicet Titio & Mæuio , Seiam vxorem duxerit, ex dodrante heres eſto : vter non duxerit , ex quadrante heres eſto. nam quamuis ſit incertum ex qua parte quilibet eorum ſit heres,

A tamen rectè & certo modo facta eſt inſtitutio . & eſt ſimilis dicta inſtitutio iſti alij inſtitutioni:vter ex fratribus meis, id eſt Titio & Mæuio vxorem Seiam duxerit , heres eſto : vter non duxerit, heres ne eſto. quæ inſtitutio conditionalis eſt. [HEREDES.] Heredes dicuntur ſuccedere teſtatori in iure: quia hereditas eſt ius: & ſi plures ſunt ab aliquo inſtituti,omnes æqualiter ſunt heredes, niſi teſtator diuiſerit inter eos hereditatē ſiue ius hereditarium. [SI DVO SINT.] Inſtitui mihi heredem Titium in quatuor vnciis fundi mei Corneliani:& Seiū in octo vnciis dicti fundi.certè detracta fundi mētione tantam partē habebit quilibet eorū in tota hereditate mea, quantam ei dedi in dicto fundo: niſi mea cōtraria volūtas appareat. [SI QVIS ITA.]Titi[9] ita ſcripſit in teſtamēto ſuo:Stich[9] ſeru[9] meus liber eſto:& poſteaquā liber erit heres eſto.certè ſimul cōpetit ei libertas & hereditas : & ita erit

C heres neceſſarius Titij.[SI QVIS PRIMVM.]Titi[9] inſtituit ſibi heredem Primum in quatuor vnciis hereditatis ſuæ, & ſecundū in aliis quatuor vnciis:& ita poſtea dixit dictus Titius:Si dictus Secūdus mihi heres non erit, Tertium facio mihi heredem in octo vnciis.poſtea Titio mortuo Secūdus repudiauit ſuas quatuor vncias. certè hic Tertius habebit octo vncias in hereditate Titij,i. habebit quatuor vncias quę nō erant alicui datæ iure inſtitutionis.alias autem quatuor vncias quæ erāt datæ dicto Secundo qui repudiauit, habebit dictus Titius iure ſubſtitutionis.[SERVVS.] Stichū ſeruū meum inſtitui mihi heredē cum libertate : & poſtea eum alienaui in Titium.certe iuſſu Titij adibit hereditatē meam . ſi autem ante mortē meam eum à Titio redemi,valet prædicta inſtitutio: & erit mihi neceſſarius heres. [SI SERVVS QVI EX DIE.] Stichum ſeruum meum inſtitui mihi heredē purè, & volui quod eſſet liber à Paſchate in antea:poſtea alienaui eum in Titiū,vel manumiſi.cer

D tè valet inſtitutio quam de eo feci,& exiſtet heres Stichus mihi.& intelligas quod eo caſu qnando fuit manumiſſus à me , adibit ſuo arbitrio:quādo autem fuit à me alienatus in Titiū, adibit iuſſu Titij.Sed pone quod poſt inſtitutionē quam de dicto Sticho feci pure,& dationē libertatis poſt Paſcha, alienaui vſumfructū dicti Stichi in Titiū.Certè & inſtitutio prędicta valet:& hoc caſu differtur dicta inſtitutio in id tēpus quo extinguetur dictus vſusfructus: & nō ſufficit venire diem poſtquā dedi ei libertatem , niſi & definat Titius vſumfructū in eo habere.inuito enim fructuario habere nō poteſt libertatē.Sed pone quod dicto Sticho dedi libertatem poſt Paſcha:inſtitui autē eum heredem purè,vt dictum eſt in primo caſu.nō autem alienaui eum poſtea vel manumiſi. certe veniēte Paſchate erit heres & liber.Item quid ſi dedi ei libertatē poſt Paſcha, & hereditatem ſub conditione ſi nauis ex Aſia venerit,& non alienaui eum poſtea vel manumiſi, & poſtea veniat Paſcha, & poſtea conditio? certè liber & heres erit.& hoc dicit. Viuianus.

E h *Alium.* recogitans de alio certo. & occurrerit mihi alius quem puto eſſe illum:non imò ibi valuit inſtitutio, ſed iure quodam diuino & extraordinario ergo Iacob heres fuit de iure Iſaac, & neq; Eſau:quia de altero errauit in corpore,de alio noluit.

i *Frater.* aut credo hunc Seium eſſe Titium fratrem meum , cum non videam:& non valet:vt hîc.aut credo hunc Seium eſſe fratrē: & obtinet. C. eod.l.ſi pater. aut non credo , ſed fratrem nomino: vt infra eod.l.nemo. §. qui frater. aut in nomine tantum proprio erro:vt. C. de teſta.l.ſi quis in nomine. & infra de rebus dubiis.l. qui habebat Flaccum. & facit infra de iure delibe.l. fina. &. C. de teſta.l.neque profeſſio.

k *Non eſt.* nec nuncupatus.& facit.ſ.de ſupel.leg.l. Labeo.§. idem Tubero.& de reb[9] dub.l.in ambiguo.& pro emp.l.ij.§.cū Stichū.

l *In re quis.* aliàs eſt in rebus quis:id eſt appellatiuis nominibus: aliàs eſt,in reliquis:id eſt nominibus rerum appellatiuis. & facit.ſ. de leg.j.l.iiij.

* Sic Fl.& in omnib. manuſcr.quidā aiunt quoſdam codices habere, orcinum, & heredem, idque eſſe rectius.

Verba Sab.

† Concor. cū hoc prī. l. c. cum ſup abbatia.in fi. cum glo. fi.poſt prin. extra de oſfic.delega.

Hoc

a Hæc. ſ.verum eſt.
b In parte. ſcilicet quota rerum.Azo.
c Ex ſemiſſe. imò videtur ex quadrante: vt.j̃. de lega. j. qui quartam. iij.reſpon.Sol.vt ibi.
d Nuncupatum. facit.s̃. eo.l.j.§.ſinautem. &.j̃. de codi.& demon. l.cũ autem.
e Teſtamentarius. i. ſcribens teſtamentum.
f Semiſſem.ſ.ſcripſit.
g In ſemiſſe. Maiori ſummæ minor ineſt.ſic.s̃.de arbi.l.diem. §. ſi plures. & de pecu.l. hinc quæritur.&.j̃.de verb. obliga.l.j.§. ſi ſtipulanti. & de re iudica.l. ſi quis cũ reo.Item facit.C. de teſta.l.errore. &.s̃. de ſta. homi.l.imperator.
h Pro centum.quæ relinquere volebat.
i Per notam. i. ſignũ repræſentans,nempe.cc.
k Adiectum. id eſt ſuperfluum.
l Putat. imò videtur pure inſtitutus:vt.C.de inſtitu.& ſubſtitu. l. pe. &.j̃.de lega. ij.l. cũ pater.§.fina. contra. Solu. eſt pro non inſtituto: ſ. ſic vt deſtinauit:ſed pure.Sed huic ſol.ob.s̃.eo. §.ſed ſi non in corpore. vbi voluntas præualet ſcripturæ,Sed ibi dictauit: hîc tantùm in corde deſtinauit. Vel dic, morte præuetus nõ addidit:nõ inſtituturus ſine conditione. at ſecus in contrario ſecundum R.Vel hæc eſt opi.Mar. quæ non tenet, vt in ſimili caſu.s̃.e.l.ij.
m Heredem futurum. putat Marcellus.Io.
n Videri. ſcilicet putat repete.Io.
o Si teſtamentarius.i.ſcribens teſtamentum: vt eſt tabellio: vt.s̃. ea.l.§. ſed ſi maiorem.
p Detraxit. omnino. Azo.
q Non futurum. ſcilicet purè.H.ſed prout teſtator voluit. ſ. ſub conditione: vt. s̃.ea.l. §.ſed ſi maiorem.
r Primum. ſ.ſolum.
ſ Scripſerit. ex dicta dimidia. & dic deſtinaſſet, licet non ſit ſcriptũ: vt.s̃.§.ſed ſi non in corpore.Accurſius.
t Diſtat. ſic.s̃.ſi certum pet.l.certũ. &.j̃. de manu. teſta.l. nominatim. &.s̃.de libe.& poſtu.l.j.
u Contumeliæ. quia tũc non valeret: vt Titium qui occidit Seium, inſtituo: vt infra de leg. j. l.turpia.in prin.Sed cõ-

ff. Infort.

errauerit, vtputa dum vult lancem relinquere, veſtem leget: neutrum debebit.hoc, a ſiue ipſe ſcripſerit,ſiue ſcribendum dictauerit.

Error in quantitate continua vel diſcreta diſpoſitionem non vitiat.& quod eſt dictum, præualet ei quod eſt ſcriptum.Bart.

Sed ſi non in corpore errauit, ſed in parte, b puta ſi cum dictaſſet ex ſemiſſe c aliquem ſcribi, ex quadrante ſit ſcriptus: Celſus libro duodecimo Quæſtionum, Digeſtorũ vndecimo, poſſe defendi ait,ex ſemiſſe heredem fore: quaſi plus nuncupatum d ſit, minus ſcriptum. quæ ſententia reſcriptis adiuuatur generalibus. Idemq́; eſt & ſi ipſe teſtator minus ſcribat, cum plus vellet adſcribere. Sed ſi maiorem [partẽ] adſcripſerit teſtamentarius, e vel (quod difficilius eſt probatione) ipſe teſtator, vt pro quadrante ſemiſſem: f Proculus putat ex quadrante fore heredem, quoniam ineſt quadrans in ſemiſſe, g quam ſententiam & Celſus probat.Sed & ſi quis pro centum, h ducenta per notam i ſcripſiſſet: idem iuris eſt.nam & ibi vtrumque ſcriptum eſt,& quod voluit, & quod adiectum k eſt.quæ ſententia non eſt ſine ratione.

Error in cõditione quam quis deſtinauit inſerere, inſtitutionẽ vitiat.Bartolus.

Tantumdem Marcellus tractat & in eo qui conditionem deſtinans inſerere, non addidit. nam & hunc pro non inſtituto putat. l Sed ſi conditionem addidit,dum nollet:detracta ea heredem futurum: m nec nuncupatum videri, n quod contra volũtatem ſcriptum eſt. quam ſentẽtiam & ipſe & nos probamus. Idem tractat & ſi teſtamentarius o contra voluntatem teſtatoris conditionem detraxit p vel mutauit, heredem non futurum, q ſed pro non inſtituto habendum.

Perſona inſtitutioni adiecta per errorem heres non erit. Bar.

Sed ſi cum primum r heredem ex parte dimidia ſcribere deſtinaſſet,primum & ſecundum ſcripſit: ſ ſolus primus ſcriptus heres videbitur, & ſolus heres exiſtet, quaſi ex parte dimidia inſtitutus.

Sufficit heredem demonſtrari aliter quàm nomine proprio.B.

Si quis nomen heredis quidẽ non dixerit, ſed indubitabili ſigno eum demonſtrauerit, quod

A penè nihil à nomine diſtat, t nõ tamen eo quod cõtumeliæ u cauſa ſolet addi,valet inſtitutio.Heres x inſtitui,niſi vt certè † demõſtretur, y nemo poteſt.

Sufficit perſonas eſſe certas: licet portionum diſtributio ex futuro euentu dependeat.Bart.

Si quis ita dixerit, *Vter ex fratribus meis Titio & Mæuio Seiam vxorem duxerit, ex dodrante: vter non duxerit, ex quadrante heres eſto*: hic rectè factam inſtitutionem eſſe certum eſt: z ſed quis ex qua
B parte, incertum. Planè erit ſimilis inſtitutio ſi ita facta fuerit, *Vter ex ſupraſcriptis fratribus meis Seiam vxorem duxerit, heres eſto*. Sed & hanc puto valere inſtitutionem, quaſi ſub conditione * factam.

Per inſtitutionem ſuccceditur in ius defuncti: & plures in dubio intelliguntur æqualiter inſtituti.Bartolus.

Heredes, iuris ſucceſſores ſunt: a & ſi plures inſtituantur,
C diuidi inter eos à teſtatore ius oportet. quod ſi non fiat, omnes æqualiter b heredes ſunt.

Plures inſtituti in re certa diuidunt ſibi hereditatem æqualiter, niſi teſtator manifeſtiſſime aliud voluit.Bartolus.

Si duo ſint heredes inſtituti, vnus ex parte tertia fundi Corneliani,alter ex beſſe eiuſdẽ fundi:Celſus expeditiſſimam Sabini ſentẽtiam ſequitur,vt detracta c fundi mentione,quaſi ſine partibus d heredes ſcripti hereditate
D potirentur,ſi modò voluntas patrisfamilias manifeſtiſſimè non refragatur.

Dictio poſtea,non impedit diẽ hereditatis & libertatis ſimul cedere.Bartolus.

Si quis ita ſcripſerit, *Stichus liber eſto: & poſtea* e *quàm liber erit: heres eſto*: Labeo, * Neratius & Ariſto opinãtur detracto verbo medio *poſtea*, † ſimul ei & libertatem & hereditatem f cõpetere. quæ ſententia mihi quoque vera
E videtur.Si quis primum g ex triẽte, ſecundum ex triẽte heredem inſtituerit: & ſi ſecundus heres non erit, tertium ex beſſe heredem ſcribat: hic ſecundo repudiante, beſſem habebit non ſolùm iure ſubſtitutionis, h ſed & inſtitutionis: id eſt trientem iure ſubſtitutionis, trientem iure inſtitutionis. Seruus cum libertate heres inſtitutus, ſi ſit alienatus, iuberi adire i ab eo poteſt cui alienatus eſt. k

Sed ſi redemptus ſit à teſta-

tra.j̃.e.l. his verbis. §. j. Solu.ibi ſtetit in genere maledictiõis: vt &.s̃.de libe. & poſthu. l. iij. in prin.hîc in ſpecie dixit. ſic & alias in commendatiõe dicimus: vt.s̃.de dolo.l. quod venditor. alij vt R. faciũt differentiam inter contumeliam,vt hîc: & maledictionem, vt in contrario.Accurſius.
x Hæres. vt.j̃. eo.l. in tempus.§. quotiens. & C. de teſta.l. iubemus. idem in legatis:vt infra de vſufruct. leg. l. qui plures. & de rebus dubiis.l. v.& in tutore: vt s̃.de teſt.tut. l. tutor incertus.& inſtitu. de leg. §.tutor.
y Demonſtretur.proprio nomine, vel indubitabili ſigno: vt ſupra proxi.§.vel conditionis euẽtu: vt infra proxi. §. & per ſe,non per alium:vt infra eo. l. illa. Sed opponitur ignotus poteſt fieri heres:vt.C.eo.l.extraneum. ergo ignotus eſt certus.Azo.
z Certum eſt. facit.j̃. de condi. inſtitu.l. vter. & de ſecũ.tab.l.ij.§. ſi quis ita heredes. & de legatis.j.l. ſi ſeruus legatus. §.huius.
a Succeſſores ſunt. vt& ſupra de eden.l.quædã. §.nihil.
b Æqualiter. ſic inſtit. eo.§.ſi plures.&.infra.l. proxi.&.j̃.proxi.§.&de le.j. l.legata inutiliter.§. fi.& inſtitu.pro ſoc. §.ſi quid vero. &. s̃. de pecul.l.item cum. in fi. & j̃.de app.l.ſi qui ſeparatim.§.quoties.
c Detracta. i. perinde ac ſi de fundo nihil eſſet dictum.
d Sine partibus. & ita æqualiter: vt.s̃.proxi.§. &.j̃.l.proxi. &.s̃. eo.l. j. §.ſi ex fundo. &.j̃. eo.l. ex facto.§.ita igitur.
e Poſtea. materialiter ponitur.Hug.
f Hereditatem.& ſic erit neceſſarius heres. ſecus ſi dixerit,ſi voluerit heres eſto:vt.j̃. de condit. inſti.l.verba. Azo.& facit.j̃.e.l.talẽ. & de ſecũ. ta.l.ſi ita.§.qui filio.
g Si quis primum.hic tertius.
h Subſtitutionis. vt.j̃.e.l. nam tertium.& facit.j̃. eo.l.liber homo.§. fina. contra.Sol.vt ibi.
i Adire. & tunc eſt voluntarius heres.
k Alienatus eſt. nec ergo erit liber: vt hîc, & inſti.e.§.quod ſi aliena-

† Incertitudo perſonæ tum an & quando vitiet, plenè p Bald in.l. quidam.j̃. de re. du. & per omnes in.l id quod pauperibus. C.de epiſco. & cleri.

* Quidam mallent legere demõſtratiõe, ſed puto rectius legi cõditione.Intelligit enim hoc caſu inſtitutionem ſub conditione fieri certã, quod ſatis eſt.

* Omnes hi videtur fuiſſe Proculiani.

† Similis eſt text.in. §. illud autem. s̃.in procœ. & ita ponitur in dubio ſecundum Dy.& B.in.l. fructus in fi. s̃.ſol. matri.



UNED

tus. & facit infra de lega.j.l. quæſitum.§. ſeruo. & infra de condi. & demon.l.ſi in diem. Accurſius.

a A *teſtatore*. ſecus ſi impubes emerit cui eſt ſubſtitutus : vt ſupra eo.l.ſed ſi.§. ſi ſeruum communem.

b *Erit*. vt &.ſ.eo.l. ſed & ſi.§. ſi ſeruum cõmunem. ſic & in libertate:vt.j.de manu.teſta. l. verum eſt. ſecus eſt in legato: vt.j. de adimen. leg.l. cum ſeruus. cõtra. Sol. hîc fieret domino iniuria, ſi ſaltẽ hunc nõ haberet heredem:vt inſti.qui ma. nõ poſ.§.j.

tore : [a] inſtitutio valet, & neceſſarius heres erit. [b] Si ſeruus ex die libertatem acceperit, & hereditatem purè, mox ſit alienatus vel manumiſſus, [c] videamus an inſtitutio valeat. [d] Et quidem ſi alienatus non eſſet, poteſt defendi inſtitutionem valere : vt die [e] veniente libertatis, quæ hereditatem moratur, [f] competente libertate & heres neceſſarius exiſtat. Sed ſi in diem *libertas, hereditas autem ſub cõditione data ſit : ſi conditio poſt diem [g] adueniente extiterit, liber & heres erit. Sed & ſi purè fuerit heres inſtitutus libertate in diem data: ſi ſit alienat⁹ [h] vel manumiſſus, [i] dici debet heredem eum poſſe exiſtere. [k] Sed & ſi non ipſe ſeruus ſit alienatus, [l] ſed vſusfructus in eo, æquè inſtitutio [m] valet: ſed differtur [n] in id tẽpus quo C extinguitur vſusfructus.

Plures inſtituti ex diuerſis rebus admittuntur æqualiter vt inſtituti. Bartolus.

X. PAVLVS *libro primo ad Sabinum,*

SI alterius [o] atque alterius fundi pro partibus quis heredes inſtituerit, perinde habebitur quaſi non adiectis partibus heredes ſcripti eſſent. Nec enim facilè ex †diuerſitate partium *portiones [p] inueniuntur. Ergo expeditius eſt, quod Sabinus ſcribit, perinde habendũ, [q] acſi nec fundum [r] nec partes nominaſſet. [ſ] †

B Coniuncti ex re certa habẽtur pro vno quo ad diuiſionem hereditatis faciendam cum alio inſtituto. Bartolus.

XI. IAVOLENVS *libro ſeptimo Epiſtularum.*

A*Ttius fundi Corneliani heres eſto mihi. duo Titij illius inſulæ heredes ſunto.* [Hic [t]] habebunt duo Titij ſemiſſem, [u] Attius ſemiſſẽ. idq; Proculo placet. quid * tibi videtur? Reſpõdit : Vera eſt Proculi opinio.

C Etiam in diſtributiõe partium vltimum dictum præualet. Bart.

XII. PAVLVS *libro ſecundo ad Sabinum.*

SI inæqualibus partibus datis ita adiiciatur : *Quos ex diſparibus partibus heredes inſtitui, æquè heredes ſunto* : exiſtimãdum eſt exæquari eos, ſcilicet ſi hoc ante peractum [x] teſtamentum ſcriptũ ſit.

c *Manumiſſus*. à teſtatore. Accurſius.

d *Valeat*. hanc ſoluit.j. ibi, ſed & ſi purè &c. qd valet. Accurſius.

e *Veniente die*. nõ ante etiã hodie. lex enimque præſumit ſeruo inſtituto fieri eum liberum: vt inſtitu.qui ma.non poſ. §.j. loquitur vbi non apparet domini voluntas contraria : aliàs non eſt locus præſumptioni: vt infra de ver. oblig.l.cõtinuus.§. cum ita. hîc enim demum poſt diem dari voluit.

*i.ex die.vt in.l.23.j. de man. teſt.

f *Moratur*. Not. quod hereditas per ſe ad diẽ morari vel dari nõ poſſet: vt infra eo.l.hereditas. ſed libertas ex die dari poteſt:& ſic per eã, vt hîc dicit, moratur hereditas. Azo. & facit.ſ. eo.l. ſeruus alienus.§.j.

g *Poſt diem*. quid ſi ante? H. ADDITIO. Dic ſecundũ Bald. hîc quòd conditio eſt purificata: & ſicut ſi ab initio eſſet pura inſtitutio, ſpectaretur dies libertatis : ita dicit argumentum.l. quod ſi pendente. de pericu.& com.rei vendit.l. potior.ſupra qui pot. in pigno. habe.

h *Alienatus*. à teſtatore. Accurſius.

i *Manumiſſus*. à teſtatore.

k *Heredem exiſtere*. voluntarium. & dic à teſtatore in vtroque caſũ.ſ. ſi antequam adeat iuſſu domini, fiat liber : vt inſti.eo.§.ſeruus autem.&.§. alienus. quinimò & ſi non eſſet liber, puta alienatus, poterit iubẽte nouo domino nolle adire: vt.C.eo.l.iij. & ſic ſi poſtea fiat liber, adibit ſuo arbitrio. Vel dic etiam non manumiſſus heres erit alij : & ſic impropriè : vt.j. de acquir.here.l.placet.

l *Alienatus*. à teſtatore.

m *Inſtitutio*. id eſt æqua.

n *Differtur*. hodie autem videtur quòd non debeat differri : imò ſtatim adueniente die libertatis ſit liber & heres & neceſſarius, licèt duret in eo vſusfructus : quia bene poteſt hodie proprietarius volente vſufructuario ei dare libertatem: vt.C.cõmunia de ma.l.j. §. ſin autem proprietatis.

SI *alterius*.] CASVS. Inſtituit Titius ſibi heredem Seium in dimidia cuiuſdam ſui fundi Titiani: & Gaium in tertia parte cuiuſdam alterius ſui fundi nomine Corneliani, & in ſuperfluo ſuæ hereditatis non dedit eis aliquos coheredes. quæritur quid debeat fieri de hereditate dicti Titij? Certè perinde eſt ac ſi heredes eſſent in dictis fundis non adiecta parte aliqua:& ſic quilibet eorum habebit hereditatem pro dimidia, & vice perceptionis habebũt partes prædictorum prædiorum, in quibus partibus inſtituti fuerunt. facile enim eſſet & ſtultum inueniri ſiue fieri portiones hereditatis ex diuerſis partibus prædictorũ prædiorum, in quibus partib. prædicti Seius & Gaius inſtituti fuerunt à Titio. & hoc dicit. Viui.

o *Si alterius*. idem ſi eiuſdem : vt.ſ.eo.l.quoties.§.ſi duo. Io.

p *Portiones*. ſcilicet hereditariæ.

q *Perinde habendum*. quantum ad portiones hereditarias. nã quantum ad eos fundos non perinde eſt: vt.j.eo.l.ex facto.§.j. & facit.ſ. eo.l.j.§. ſi ex fundo.&.j.ti.j.l.coheredi.§.fi.&.j. ad Trebel. l. ſi quis priore. Sed contra.j.eo.l.proxi. Solu. conceſſio melioris rei vel paris non facit vt plus videatur eſſe datum de hereditate, vt hîc : ſed A copulatio plurium perſonarum in eandem rem vel partem cõiungit eos in vnã dimidiam : & alter cui per ſe hereditas inſtitutionis iure eſt collata, habet aliam dimidam : vt ibi.

r *Nec fundum*. quantũ ad partes hereditarias, ſed iure prælegationis hoc habent: vt infra eo.l. ex facto. Accur.

ſ *Nominaſſet*. & ita deductis partibus æqualiter erunt heredes.

A*Ttius fundi*.] CASVS. Inſtitui mihi heredem Attium in fundo meo Corneliano: & duos alios Titios inſtitui mihi heredes in quadam mea inſula ſiue domo nomine Titiana. certè hoc caſu debet ita diuidi hereditas mea. ſ. vt primus Attius habeat hereditatis meæ medietatem : alij autem duo Titij qui fuerũt in inſula inſtituti, habeant aliã dimidiam. Viuianus.

† ſed *prædiorũ. Taurellus ait in archetypo legi ꝑtiũ quod puto poſitũ ꝓ prætiorũ vt eſt ĩ quibuſ. manuſ. diſerte ſcriptum. nec debuit tã audax eſſe Florentinus emendator. Cont.

† Et ſic admittẽtur ad hereditatẽ æquis portionib. & cõcor. c. 1. in gl. ſuper ver. certa re. poſt mediũ. ibi, ſi autẽ plures. extra de teſta.lib.6.

*Flo. qui In vul. edit. eſt lex, Titi⁹.

t *Hic*. i. in tali caſu.

u *Semiſſem*. facit infra.l. iij.ij. reſpon. &.§. ſed ſi duos.&.l. item quod.§. ſed ſi expleto. &.l.liber homo.§.ſi Titius.& arg. ſupra de vſufruct.accre. l.ſi quis Titio.&.l. ſi ꝓprietas & infra de vſufruct.legato.l. Sempronius.§.fina.&inſtitu.eo. §.videamus.&.C.de impu. & ali. ſubſti.l. fi. in fine. ſed præcedens caſus eſt argu. contra. ſed expone vt ibi.

SI *inæqualibus*.] CASVS. Inſtitui mihi heredem Titium in octo vnciis, & Seium in quatuor : & poſtea ita dixi ante teſtamentum perfectũ : quos ex diſparibus partibus heredes inſtitui, æquè heredes ſunto certè quilibet eorum habebit dimidiam hereditatis D meæ. Viuianus.

x *Peractum*. idem & ſi poſt peractum : ſed ideo ſic dicit, quia ſi ante peractum, nõ oportet iterum adhiberi de nouo aliam ſolennitatem : alioquin ſic : vt ſupra de teſta.l. heredes. §.j. ſecundum Ro. Vel ideo ſic dicit, quia vbi ante, ipſo iure non videntur datæ inæquales partes, ſed æquales tantum finguntur datæ. ſi autem poſtea, videntur ademptæ inæquales, non ipſo iure non datæ : vt arg. infra de lega.j.l. ſi ita ſit adſcriptum. Azo. & ſupra de iis quæ in teſta.delen.l.j.§. ſed ſi legi.&.§. ſed conſulto. & facit infra eod.l. ſi ita ſcriptum fuerit.

I*Nterdum*.] CASVS. Pone quòd ita mihi inſtitui heredes in teſtamento. Primus & fratris mei filij æquè heredes mihi ſunto. certè quilibet eorum habet virilem partem. Si autem ita dixiſſem, Primus & fratris mei filij heredes mihi ſunto : primus haberet dimidiam hereditatis, & filij fratris mei haberent aliam dimidiam.

[PATERFAMILIAS.] Faciens teſtamentum poteſt diſtri- E buere hereditatem ſuam in quot partes vult : ſed ſolennis diſtributio aſſis ſolet fieri in.xij. vncias. aut ergo teſtator diſtribuit in minus quàm in.xij. partes, aut in plus. ſi in minus, totum reducitur ad aſſem, ſiue ad.xij. partes, puta inſtituit ſibi Titium & Seium in tribus vnciis, certè nouem reſiduæ vnciæ eis accedunt : & ſic quilibet eorum erit heres in ſex vnciis. ſi autem inſtituit Titium in tribus vnciis : & Seium in ſex : certè ſuperfluæ tres vnciæ debẽt eis accreſcere pro hereditariis partibus. Si autem exceſſerit teſtator.xij.vncias in diuidenda hereditate ſua inter heredes: æquè pro rata decreſcit quantum ad numerum.xij. vnciarum : vtputa inſtituit me in. xij. vnciis, te autem inſtituit in ſex. certè ego habeo octo vncias hereditatis, & tu quatuor. ſi autem Titium & Seium inſtituit ex aſſe, & Sempronium & Gaium in.xij. vnciis, certè Titius & Seius habebunt ſex vncias, & Sempronius & Gaius alias ſex. ſi autem Titium & Seium ex aſſe heredes inſtituit, Sempronium autem in dimidia & ſexta, id eſt ex ſex & duabus vnciis, id eſt

id eſt ex octo vnciis: certe hoc caſu diſtributus eſt as in viginti vncias, ex quibus debet habere octo vncias ille qui eſt inſtitutus in dimidia & ſexta, & xij. vncias debebunt habere illi duo qui fuerant inſtituti ex aſſe. ſi autem inſtituit Titium in quatuor vnciis, & Seium in quatuor, & Gaium in quatuor, & poſtea eundem Titium in duabus vnciis: certè hoc caſu hereditas diuidetur in quatuordecim vncias, ſcilicet vt Titius habeat ſex vncias, & Seius quatuor, & Gaius quatuor omnia tamen prædicta reduci poſſunt ad aſſem, Viuianus.

Dictio æquè, facit vt coniuncti cum diſiunctis æqualiter admittantur. Bartolus.

XIII. VLPIANVS *libro ſeptimo ad Sabinum.*

INterdum hæc adiectio, *Aequè heredes ſunto*, teſtatoris voluntatem exprimit: vtputa, *Primus & fratris mei filij* [a] *æquè heredes ſunto*. Nam hæc adiectio declarat omnes ex virilibus partibus inſtitutos, vt & Labeo ſcripſit: qua detracta, ſemiſſem fratris filij, ſemiſſem primus haberet.

Res eſt diuiſibilis in infinitas partes Bartolus.

Paterfamilias † diſtribuere hereditatem in tot partes poteſt, quot voluerit: ſed ſolennis [b] aſſis diſtributio in duodecim vncias fit. Denique ſi minus [c] diſtribuit, poteſtate iuris in hoc [d] reuoluitur: [e] vtputa ſi duos heredes ex quadrante ſcripſerit. nam hereditas eius reſidua accedit, vt ex ſemiſſibus videantur ſcripti. Sed ſi alter ex quadrante, alter ex ſemiſſe heredes ſcripti ſunt: qui accedit [f] quadrans, pro partibus [g] hereditariis eis adcreſcit. Sed ſi exceſſerit in diuiſione duodecim vncias, [h] æq; pro rata decreſcet [i] vtputa me ex duodecim vnciis heredē, te ex ſex ſcripſit. ego hereditatis habeo beſſem, tu trientem. [k] Sed ſi duos ex aſſe heredes ſcripſerit, alios ex duodecim vnciis: an æquè diſtributio fiat, apud Labeonem libro quarto poſteriorum quæritur. Et putat Labeo & illos [l] ex ſemiſſe, & hos qui ex duodecim vnciis ſcripti ſunt, ex ſemiſſe heredes fore. cui ſententiæ adſentiendum puto. Sed & ſi duos ex aſſe heredes inſtituerit, tertium autem ex dimidia & ſexta: eodem libro Labeo ait in viginti vncias aſſem diuidendum: octo laturum ex dimidia [m] & ſexta [n] ſcriptum, illos duos duodecim. Apud eundem [o] refertur: *Titius ex parte tertia.* [p] deinde aſſe expleto, [q] *Idem ex parte ſexta.* [r] in quatuordecim vncias hereditatem diuidendā [ſ] Trebatius ait.

Si quis multos heredes, primum in primam, ſecundum & tertium in ſecundam & tertiam. partem ſcripſerit, intelliguntur omnes æqualiter inſtituti. Bart.

XIIII. IAVOLENVS *libro primo ex Caſſio.*

SI quis heredes ita inſtituit, *Titius ex parte prima, Seius ex parte ſecunda, Mæuius ex parte tertia, Sulpitius ex parte quarta heredes ſunto*: æquæ partes [t] hereditatis ad inſtitutos pertinebunt: quia teſtator appellatione numeri, ſcripturæ [u] magis ordinē, q̃ modū [x] partib⁹ [y] impoſuiſſe videtur.

Relatiuum quis vel qui, in dubio facit veram relationem, non ſimplicem. Bartolus.

XV. VLPIANVS *libro ſeptimo ad ſabinum.*

IVlianus quoque libro trigenſimo refert, ſi quis ita heredem* ſcripſerit: *Titius ex parte dimidia* [z] *heres eſto: Seius ex parte dimidia: ex qua* [a] *parte Seium inſtitui, ex eadem parte* [b] *Sempronius heres eſto*: dubitari poſſe, [c] vtrum in tres ſemiſſes diuidere voluerit hereditatem, an verò in vnum ſemiſſem Seium & Sempronium coniungere: quod eſt verius: [d] & ideo coniunctim eos videri inſtitutos. ſic fiet vt Titius ſemiſſem, hi duo quadrantes [e] ferant. Idem eodem libro ſcripſit, ſi primus [f] ex ſemiſſe, ſecundus ex ſemiſſe: [g] ſi

* heredes.

a *Filij*. omnes enim cō iuncti loco vnius habētur: vt infra eod. l. Iulianus. & l. Lucius. & infra titu. j. l. ſi pater. & infra de legatis. j. l. planè. in princip. Sed argu. contra infra de lega. ij. l. Lucius. §. Lucius. Solu. vt ibi. Accurſius.

b *ſolennis*. id eſt frequens.

† In hunc locum copioſe Alexā. ab Alex. lib. 1 Gen. dier. cap. 1.

c *Minus*. quàm in duodecim.

d *In hoc*. i. duodecim.

e *Reuoluitur*. aliàs reſoluitur: ſcilicet hæc diſtributio minor. & not. volūtatem teſtatoris in poteſtatem iuris reſolui. Accurſius.

Teſtatoris voluntas in iuris poteſtatem quādoque reſoluitur.

f *Qui accedit*. id eſt qui ſupereſt.

g *Pro partibus hereditariis*. vt. j. de ſecun. tabu. l. ſi ita. & C. de teſta. mili. l. iij. Accurſius.

h *Vncias*. quia habent propria nomina hæ partes: vt inſtitu. eo. §. hereditas.

i *Decreſcet*. quātum ad numerū vnciarum: nō quantū ad ſubſtātiam.

k *Trientem*. imò videtur adimere primo quātum cōfert ſecundo: vt C. de leg. l. cū quæſtio. Reſpō. trahe hanc ad illam: vel hîc cōſtabat talem fuiſſe voluntatem, vt tranſiret ad dupondiū: quod poteſt: vt hîc & inſtitu. eod. §. videamus. vt plenè in cōtrario not.

l *Illos*. ex aſſe inſtitutos. & ita decreſcet eis quātum ad numerū vnciarum: vt. j. de leg. j. l. ſi quis teſtamento. §. j. & . & l. ſi pluribus. & poteſt hoc facere. & hic eſt contra. C. de leg. l. cum quæſtio. Solu. vt ſupra proxi. §.

m *Ex dimidia*. ſcilicet parte aſſis.

n *Et ſexta*. ſ. parte aſſis. & facit. ſ. eo. l. Titius fundi. Accurſius.

o *Apud eundem*. ſcilicet Labeonem.

p *Tertia*. i. quatuor vnciis: & quendā aliū in octo vnciis, ſubaudi.

q *Expleto*. alio inſtituto in beſſe.

r *ſexta*. aſſis.

ſ *Diuidendam*. vt Titius. vj. alius. viij. habeat: vt. ſ. proxi. §.

SI *quis*. ] CASVS. Gaius ita inſtituit ſibi heredes, Titius ex parte prima ſit mihi heres, Seius ex ſecunda, Mæuius ex tertia, Sulpitius ex quarta. certè æquales partes ad eos pertinebunt: quia dum dixit Gaius, Titius ex parte prima, Seius ex ſecunda &c. videtur impoſuiſſe ordinem ſcripturæ, vt ſic dixiſſe videatur: primo loco inſtituo Titium, ſecundo Seium &c. non autem videtur dixiſſe: inſtituo Titium in vna vncia, Seium in duabus, Mæuium in tribus, & Sulpitium in quatuor: ſicut quidam credebant, & malè. credebant enim quod decem vnciæ eſſent inter eos prædicto modo diuiſæ, & quod duæ ſuperfluæ deberent eis accreſcere pro hereditariis partibus. ſed ſi ita dixiſſet dictus Gaius: Titius ex parte dimidia heres eſto, & Seius ex alia dimidia: & ex qua parte prædictum Seium inſtitui, ex eadem parte Sempronius heres eſto: tūc Titius habebit dimidiam, & inter Seium & Semproniū alia dimidia diuideretur: ita ꝙ Seius haberet tres vncias, & Sempronius alias tres. Sed ſi quendam nomine primum inſtituiſſet ex ſemiſſe, & ſecundum ex alio ſemiſſe. id eſt ſex vnciis, & ſubſtituit tertium in nouē vnciis ſi primus heres non eſſet: certè ſi dictus primus adierit, ſicq; per conſequens ſit excluſus tertius: primus & ſecūdus habebunt æquales partes de tota hereditate. ſi autē repudiauerit primus, ſicque vindicaſſet ſibi locum tertij ſubſtitutio quæ fuit facta in nouem vnciis, vt dictū eſt: diuidetur hereditas in quindecim partes. voluit enī teſtator excedere aſſem, cū numerauerit plures vncias q̃ duodecim in perſona ſecundi & tertij: ex quibus quidē quindecim partibus nouē habebit dictus tertius, & ſex ſecundus. Nam Iulianus ſcripſit videri dictū tertium ſubſtitutum prædicto primo in ſex vnciis in quibus fuit inſtitutus dictus primus, vt dictū eſt: inſtitutum autem videri dictum tertiū in tribus vnciis quæ erant vltra aſſem diſtributum inter primū & ſecūdum: & ſic dictum tertium videri ſuſtinere in dictis nouem vnciis perſonam ſubſtituti & inſtituti. Viuianus.

t *Æquæ partes*. i. æquales partes. Accurſius.

u *ſcripturæ*. vt ſic dixiſſe videatur, primo loco hunc heredem inſtituo &c. Azo.

x *Quàm modum*. diuerſum à primo. Azo.

y *Partibus*. ſingulis prædictis. Accurſius.

z IVlianus. *Ex parte dimidia*. repete, heres eſto: vt & ſupra. l. j. §. diuus.

a *Ex qua*. hîc incipit inſtitutio tertij.

b *Parte*. dimidia.

c *Dubitari poſſe*. dubitabatur eſſétne relatio ſimplex, an perſonalis. & certè potius eſt perſonalis, aliàs eſt ſimplex: vt. C. de pac. cōuen. l. ex morte.

d *Verius*. alter ponitur. j. eo. l. ſi te ſolum. §. fina. Azo. & facit. j. de verb. ſigni. l. triplici. §. fi. Accurſius.

e *Quadrantes*. ſcilicet duos. & hoc eſt quilibet tres vncias: & ſic ſex inter ambos.

f *ſi primus*. heres ſit inſtitutus.

g *Ex ſemiſſe*. alio repete ſit inſtitutus.



a) reſpondeo [illegible]

a *Quæſtionem*. quid vel quantũ voluit vnũquemque habere. Acc.
b *Habituros*. primum & ſecundum:tertium verò nihil.
c *ſi repudiauerit*. primus Accurſius.
d *Quindecim partes*. nam voluit excedere aſſem,cum connumeraſſet plures vncias quam duodecim.& hoc præſumitur ſecundum has duas. ll. hodie præſumitur in dubio cõtra. & ſecũdum hoc tertius hodie habebit nouẽ vncias,ſecũdus tres,vt tres videantur ſibi adempte:vt.C.de lega.l.cum quæſtio. ADDITIO. Tu dic ſecundum Bart. hîc quòd cum cuilibet ex primis reliquerit minus,ſecũdo plus, quod hæc lex hodie non eſt correcta:vt no. per glo. in d.l.cum quæſtio. C. de lega.
e *ſex*. & eſt ratio,quia tertius in nouem vnciis eſt ſubſtitutus, primus in ſex vncias primi, & tres ſuas.ſecundus verò in ſex tantùm eſt inſtitutus.Accurſius.
f *Nam tertium. Inſtituti*. ſub eadem cõditione,ſcilicet ſi primus heres non eſſet. R. &not.vnum vicem plurium ſuſtinere, de quo no. ſupra de pactis. ſi plures.Accurſius.

Vnus pluriũ vicem quãdoque ſuſtinet.

g *Suſtinere*. Not.quem vicem duorũ ſuſtinere.
h *Partes*. id eſt vncias quæ ſunt tres partes de quindecim.
i *In ſex*. ſcilicet vncias. & facit. ſ. eo.l. quoties. §.ſi quis primum.

An. Aug.li. 2.cap.8.

*Item*.] CASVS. Excutiamus illud quod Sabinus ait, ſcilicet ſi cui heredi inſtituto nõ eſt appoſita pars per teſtatorem, habeat quod deeſt de aſſe. Excutiamus dico in quibus caſibus locum habeat:& vtrum habeat locum in hoc caſu quem propono.Scripſit dictus Gaius teſtator heredem Titium in tribus vnciis, & Seium in aliis tribus, & Sempronium ſine parte.nunquid ſecundum dictum dicti Sabini habebit dictus tertius illud quod deeſt ad aſſem.i.ſex vncias? Et dicitur quòd ſic. vnde pone quòd dictus teſtator inſtituit duos.in xj.vnciis, & duos alios inſtituit ſine parte:& ita hi duo vltimi ſine parte inſtituti debent habere vnciam quæ deeſt ad aſſem:vt.ſ.per prædicta apparet nunquid ſunt in dicta vncia ita coniuncti, quòd ſit inter eos ius accreſcendi vno eorum repudiante partem ſuam dictæ vnciæ.i.dimidiam dictæ vnciæ:ita quod primis duobus eorum coheredibus pro certis partibus inſtitutis, nihil accreſcat de dicta media vncia repudiata?Et dicitur quod non, imò omnibus accreſcit. nam non eſt vnus eorum ſine parte inſtitutorũ magis cõiunctus aliis quam cæteris coheredibus.ſed ſi prædictos duos primos quos inſtituerat in.xj .vnciis,inſtituat in.xij. vnciis, & prædictos duos vltimos ſcripſiſſet heredes ſine parte:quo caſu venirent vltimi in aliis. xij. vnciis,ſiue in alium aſſem? certè ſicut dixi. ſ. eos non eſſe coniunctos quantum ad ius accreſcendi:ita dico & hîc.& bene dixi quòd duo vltimi veniunt in aliũ aſſem. nam & ſi vnus ſine parte inſtituatur, & duo alij inſtituantur coniunctim ſine parte:vnus habebit vnum ſemiſſem,alij duo aliũ ſemiſſem.Sed quid ſi inſtituat duos vel tres in vno aſſe ſimul,& quartum inſtituat ſine parte? certè quartus habebit alium aſſem. ſecus ſi expleto aſſe ita ſcripſiſſet, quartus ex reliqua parte heres eſto. quia videtur quartus in aliquo inſtitutus,cui nihil ſit relictum. Sed pone quod Titium inſtituit in. xij. vnciis,& Mæuium in aſſem:& ita inter eos duos diſtribuit dupondium.i.xxiiij. vncias:& poſtea tertium inſtituit ſine parte?certè ille tertius non habebit vnum aſſem, & dicti alij duo alium aſſem:ſed quilibet eorum habebit vnum trientem facta relatione ad.xij. vncias:vel habebit quilibet eorum trium vnum aſſem:habita relatione ad tripondium.i.ad.xxxvj.vncias.Viuianus.

k *Non eſt*. habeat quod deeſt. Accurſius.
l *Excutiamus*. in quibus caſibus locum habeat.

primus heres non erit, tertius ex dodrãte ſubſtitutus ſit: facti quidem quæſtionem [a] eſſe: verùm rectè dicitur, ſi quidem primus adierit, æquales partes habituros [b] : ſi repudiauerit [c] , quindecim partes [d]. futuras : ex quibus nouem quidem laturum tertium ſex [e] ſecundum.

XVI. IVLIANVS *libro trigeſimo Digeſtorum.*

NAm tertium, & inſtituti [f] & ſubſtituti perſonam ſuſtinere [g] :in tres partes [h] inſtitutum videri,in ſex [i] ſubſtitutum.

XVII. VLPIANVS. *libro ſeptimo ad Sabinum.*

ITem quod Sabinus ait, ſi cui pars adpoſita non eſt [k] , excutiamus [l] : Duos ex quadrãtibus [m] heredes ſcripſit:tertium [n] ſine parte. Quod aſſi deeſt, feret. hoc & Labeo.

Qui quoſdam inſtituit ex. II. vnciis,&duos ſine partibus:illam vnciam habebũt illi qui ſunt ſcripti ſine partibus. & ſi vnus ex eis ſemunciam repudiat , omnibus accreſcit.Bartolus.

Vnde idem tractat, ſi duos ex vndecim,duos ſine parte ſcripſit: mox vnus ex his qui ſine parte fuerunt,repudiauerit:vtrum omnibus ſemuncia,an ad ſolum ſine parte ſcriptum pertineat. Et variat. ſed Seruius omnibus adcreſcere [o] ait. quam ſententiam veriorem puto. Nam quantum ad ius adcreſcendi non ſunt cõiuncti [p] qui ſine parte inſtituuntur. quod & Celſus libro ſextodecimo Digeſtorũ probat. idémque putat & ſi expleto aſſe duos ſine parte heredes ſcripſerit , neque hos [q] neque illos coniunctos.Sed ſi aſſe expleto alium ſine parte heredem ſcripſerit , in alium aſſem veniet : aliter atq; ſi ita ſcripſiſſet expleto aſſe , *Ex reliqua parte heres eſto*. quoniã cum nihil reliquum eſt, ex nulla [r] parte heres inſtitutus eſt. Sed ſi expleto aſſe,duo ſine partibus ſcribantur : vtrum in ſingulos aſſes iſti duo,an invnum aſſem coniungantur, quæritur. Et putat Labeo , & verius eſt, in vnum aſſem venire. Nam & ſi [ſ] vnus ſine parte, duo coniunctim ſine parte inſtituantur : non tres trientes fieri Celſus libro ſextodecimo ſcripſit, ſed duos ſemiſſes. Quod ſi quis dupondiũ [t] diſtribuit, & tertiũ ſine parte inſtituit: hic nõ in aliũ aſſem,†ſed in trientem venit, vt Labeo quarto poſteriorũ ſcripſit [u] :nec Ariſto, vel Paulus,vtpote probabile,notant [x] .

Inſtitutus ſine parte habebit quod deeſt ad dupondium. Bart.

XVIII. PAVLVS *libro primo ad Vitellium.**

SAbinus:quæſitum [y] eſt, ſi plus

m *Ex quadrantibus*.hoc eſt quemlibet ex ſuo quadrante.
n *Tertium*. aliàs eſt tertius. & ita in libro domini Azo.
o *Omnibus adcreſcere*.imò ad ſolum coniunctũ:vt. C.de cadu.tol.l. j.§. ſi vero quidã ex his. &.ſ. de vſufruct. accre. l.j.§. idẽ ſi duobus.quæ ſunt contra. Sol.dic qđ ibi non coniungit verbis hos ſine parte inſtitutos. aliàs ſecus:vt.j.e. l.heredes ſine.Sed huic diſtinctioni videtur cõtra. infra eo.l.ſi ita quis heredes.vbi erant coniuncti verbis: & tamen eſt idem quod hîc dicitur. Sed dic quòd ibi erãt diſiuncti re propter verbũ æquis:& ſic ſunt ibi inæquales, cõiũctus verbis tãtùm,& cõiunctus re tãtùm.& facit.j. de leg.iij.l. re cõiuncti. & dic quòd oẽs ſunt cõiuncti re: nam ambo ſeparatim, & ſic inſolidũ ſine parte ſunt inſtituti : & ſic tam inter ſe q̃ aliis ſunt cõniũcti re.
p *Non ſunt cõiuncti*. qui re ſola cõiunguntur. & cõiunge ita quod præferãtur aliis,cum & alij erant re coniuncti.
q *Neque hos*. dic quod oẽs ſunt inſtituti verbis diſiũcti, & tantũ habẽt duo,quantũ & alij primi:vt.j.e.§.ſed ſi expleto aſſe.&.j.proxi.§. ſed quia re coniuncti,habent ius accreſcendi:vt.ſ.proxi.reſpon.

† Id eſt, Ita vt dupõdiũ ſeu duo aſſes cæterorũ pro vno aſſe tantum ſumãtur, & is in aliũ aſſem vi & poteſtate dimidiã hereditatis ſit vocatus . ſed potius in triente non in ſemiſſem videbitur vocatus. vide Aug.li.j. cap.j.

a] Verbũ reliquũ quid importet,& quid reliquorum appellatione contineatur: vide ad longũ per Bart. in l.Ofidius. in princ.j. de leg.j.

*In vno manuſ.reperi ſcriptum ad Vitelliũ Sabinum.Ant.

r *Ex nulla*. ſecus ſi aliqua pars vacaret : quia tunc ſub verbo, reliquum,[a] contineretur totum ſi alter repudiaret:vt.C.eo.l.ij.&.j.de verb.ſig.l.ſi pater.&.l.cæterorum.quæ ſunt argu.contra. Item arg. contra.ſ.de ſta.lib.l.libertatem.in fi.Sed ibi ſpeciale.Accurſius.
ſ *Nam & ſi*. à ſimili.
t *Dupondium*. id eſt, pondus.xxiiij.vnciarum,ſed tripondiũ xxxvj. vnciarum.
u *Scripſit*. contra inſti.eod.§.ſi plures.ibi,idem quod,&c. vbi dicit idem in dupondio expleto quod in aſſe expleto. ſed in aſſe expleto ſi alius ſine parte inſtituatur, videtur in tantũdem inſtitutus : vt in eo.ti.§.videamus.&.ſ.hac.l. §. ſed ſi aſſe. ergo expleto dupondio alius ſine parte inſtitutus tantundem debet habere quantum primi. Solu. hæc corrigitur per illam. Alij quòd hic Labeo malè dixit : vt hîc ſubiicit.quod in idem recidit.Tu dic idem ibi eſſe ſi dupondiũ, &c. ſcilicet vt inſtitutus ſine parte, videatur inſtitutus in.xj. vnciis: vt ſic ad tripondium veniat: ſicut inſtitutus ſine parte aſſe expleto venit ad dupondium.
x *Notant*. id eſt, non approbant id vt probabile,ſecundum quoſdam.Sed dic,non notant.i.non reprehendunt:vtpote probabile. i. quia probabile eſt.& facit ad id totum.j.de ſecun.tabu.l.ſi.

*Sabinus*.] CASVS. Teſtator inſtituit ſibi Titium in octo vnciis, & Seium in aliis octo : & ita inter eos duos diſtribuit vltra aſſem:& poſtea inſtituit Sempronium ſine parte.Certè Sempronius habebit illud quod deeſt ad dupõdium,id eſt,octo vncias.& idem eſſet in tripondio & quadripondio, & in ſequentibus vſque in infinitum.ſemper tamen intelligas quod reducuntur ad aſſem. Viuianus.

y *Quæſitum*. aliàs quæſitum. & aliàs, Sabinus. & dic, ſuperiori. l. compleuit

compleuit aſſem & dupondium,& non exceſſit. hîc autem exceſſit aſſem,vel dupondium,vel tripondium.

a *Diſtribuiſſet.* vno inſtituto in.x.alio in.iiij.

b *Ratio.* Not.eãdem rationem in dupondio & tripondio & quadripondio,quæ in aſſe ſeruari.

c *Omníque.*i.tripondio & quadripondio.

d *Seruetur.*ſcilicet vt habeat quod deeſt de dupõdio : & ſic de aliis:vt inſtit.eo.§.ſed ſi plures. ibi,ſi plures vnciæ, &c. nam in aſſe ſic eſt : vt.ſ. l.proxi.in princip. Nec obſtat infra.eo.l.ex vnciis.imò concordat : & facit infra de ſecun.tab. l.fina.

aſſe paterfamilias diſtribuiſſet, [a] & aliquem ſine parte feciſſet heredem, vtrúmne is aſſem habiturus foret,an id duntaxat quod ex dupondio deeſſet. Et hanc eſſe tolerabiliſſimam ſententiam,puto, vt eadem ratio [b] in dupondio omníque [c] re deinceps,quę in aſſe,ſeruetur. [d] Paulus : Eadẽ ratio eſt in ſecundo aſſe,quæ in primo.

Verba enuntiatiua conditionaliter prolata,non inducunt diſpoſitionem. Bartolus.

XIX. VLPIANVS. *libro ſeptimo ad Sabinum.*

EX facto etiã agitatũ Pomponius & Arrianus referunt : ſi quis vacua parte relicta, [e] ita inſtituerit, *Si mihi* [f] *Seius heres*(nõ) * *erit*(quem non inſtituerat [g]) *Sempronius heres eſto* : an hic occupare poſſit vacantem portionẽ.Et Pegaſus quidẽ exiſtimat ad eã partem admitti: [h] Ariſto.† cõtra putat : quia huic pars eſſet data, [i] quę nulla eſſet.quam ſententiã& Iauolenus probat, & Pomponi⁹, & Arrianus:& hoc iure vtimur.

XX. PAVLVS *libro ſecundo ad Sabinum.*

QVo loco [k] ſcribatur heres ſine parte,vtrũ primo,an.medio vel nouiſſimo, nihil [l] intereſt.

Si iam mortuo relinquitur, id

EX *facto.*] CASVS. ĩ hac.l.talis eſt:Teſtator inſtituit ſibi primũ in quatuor vnciis, & ſecundum in tribus, & nullum alium inſtituit:& ita remanſerunt vacuæ quinque vnciæ ad aſſem : & poſtea ita dixit, ſi mihi Seius heres nõ erit,Sempronius heres eſto.nunquid dictus Seius poteſt habere dictas quinque vncias per dicta verba, ſi mihi Seius heres nõ erit? Et dicitur ꝙ nõ. qđ autẽ dictũ eſt. ſ. ſcilicet ꝙ inſtitutus ſine parte debet habere illud qđ deeſt ad cõplẽdum aſſem, vel dupondiũ, vel tripõdium, vel quadripondiũ: verum eſt ſine dubio,ſiue ſit inſtitutus ſine parte primo loco, ſiue ſecũdo,ſiue vltimo.

* Vide Anto. Aug.li.1. emẽ.c.2. cui placet negationem detrahi:qui etiã ſemicirculis includi.Flor.ait.

† Hæc lex ad hoc allegatur, quòd verba enũtiatiua non inducũt diſpoſitionẽ quando cõditionaliter proferũtur. quod reſtrĩges per.l. filiusfami.§. cum quis.j. de lega.1. vt procedat hoc dictum in teſtamẽtis tantùm.

e *Relicta.*quia quendã ĩſtituerat ĩ decẽ vnciis: & ſic vacabat ſextans.

f *Si mihi.*verba teſtãtis.

g *Inſtituerat.* aliàs non inſtituerat,ſcilicet teſtator. & ſunt verba legis. Sed quod ſequitur,Sempronius,&c. ſunt verba teſtantis.aliàs eſt,quem inſtitueram : & tũc ſunt omnia teſtantis.ſed falſum dicebat:quia eum non inſtituerat.Accurſius.

h *Admitti.* quaſi teſtator conceſſerit eſſe heredem ſi vellet.Accur.

i *Eſſet data.*id eſt,videtur eſſe data,inducta ſimilitudine alterius caſus:vt ſupra eo.l.item. §. ſed ſi aſſe.nam vt ibi non apparet pars, ita hîc non apparet pars nec inſtitutio quæ fuerit. in ſubſtituto autem non ponit quæſtionem: quia in eo per conſequentiam idem videtur eſſe. Reſpon.ſecũdum Azo.ſcilicet quod admittatur:tum quia ſub conditione fuerat inſtitutus,quæ extitit : tum quia omnis ſubſtitutus eſt inſtitutus. ſed quidam habent.ſ.an tertius,ſcilicet Sempronius:& ſic formant quæſtionem in ſubſtituto quem dicunt nõ admitti: quia non fuit inſtitutus,ſed ſubſtitutus : quod non placet. & facit.j.de adimen.leg.l.legata inutiliter.& de manu.teſta.l.Titia. §.fin.Sed argu.contra.j.de dona.l.ex hac ſcriptura.Sed ibi ſpeciale. ADDITIO. Dic quòd ibi verba enuntiatiua proferebantur principaliter propter ſe:hîc incidenter propter aliud: quia conditionaliter,ſecundum Bar.hîc.

QVo *loco.*] CASVS. in princ.continuatur cum fine.l.præced. [SI IAM MORTVO.] Titium iam mortuum inſtitui mihi heredem in tribus vnciis : & Seium viuentem inſtitui mihi in.ix.vnciis:& Gaium inſtitui mihi ſine parte.certè Gaius habebit aſſem quia pars Titij mortui eſt pro non ſcripta : & eam habet Gaius : & ſic habet Seius totũ aſſem. vnde Gaius ſine parte inſtitutus debet habere alium aſſem.Sed pone quòd dictum Titium mortuum & Seium inſtitui coniunctim mihi heredes ex parte dimidia,& Gaium in alia dimidia.certè Seius & Gaius debent habere totam hereditatem meam æquis partibus : quia ſicut dixi, pars mortui eſt pro non ſcripta.Viuianus.

k *Quo loco.* inter inſtitutos vel ſubſtitutos cum partibus. Vel dic quo loco,teſtamenti.Accurſius.

A l *Nihil.* quia ſemper habet vacantem : vt infra eo.l.qui non militabat. §.filiis.& inſtitu.eo.§.nec intereſt. & facit inſtit.de leg.§.ante heredis.

m *Alterum aſſem.* i. medietatem. Sed quid erit de quadrante?Reſpon. accreſceret vtriq; ꝓ rata : vt.C.de caduc. tol.§.in primo. Et not. hîc arg.ꝙ verba intelligẽda ſunt ſicut ſi verũ eſſet quod teſtator verũ putauit, cũ nõ erat: vt.j. de re.du. l. qui habebat.&.ſ.de iis quę in teſta.delen.l.j.§.ſed nolentibus.& ſic not.ſ.de condic.indeb.l.ſeruo.

n *Habetur.*& apud cõiunctũ ſolum remanet: vt.C.de cadu.tol.§.ſi verò quidã ex his. & hoc idẽ eſſet in caduco, & in cauſa caduci, quod in pro nõ ſcripto:vt.C. de cadu.tol.§.in primo. &.§.pro ſecundo. &.§. quòd ſi medio.Item eſt cõtra.j. de leg.j.ſi duobus.j.reſpon. Solu.vt ibi. Itẽ facit.j.de iur.codic.l.ij.in princ.

* ſcripta.

accreſcit aliis : & verba teſtatoris debẽt intelligi perinde ac ſi eſſet illud quod teſtator putauit.Bart.

Si iã mortuo quadrans,alij dodrans datus ſit, & alius ſine parte ſcriptus ſit: Labeo ait eum qui ſine parte heres inſtitutus ſit, alterum [m] aſſem habiturum:& hanc mentem eſſe teſtãtis. quod & Iu- B lianus probat,& verũ eſt. Quòd ſi viuus & mortuus ex parte dimidia coniunctim heredes inſtituti ſint,ex altera alius:ęquas partes eos habituros ait : quia mortui pars pro non ſcripto * habetur. [n]

XXI. POMPONIVS *libro primo ad Sabinum.*

TRebatius ait [o] ſic non rectè ſcribi : *Quiſquis mihi heres erit, Stichus liber & heres eſto.* liberũ tamẽ futurum. Labeo & heredem C eum futurum rectè putat. [p]

Seruo libertatem purè, [q] hereditatem ſub cõditione dari poſſe veriſſimum puto : vt tamen vtrũque ex conditione pendeat. [r]

XXII. IVLIANVS *libro trigenſimo Digeſtorum.*

ET expleta quidem conditione liber heréſque erit , quocunque loco [ſ] libertas data fuerit. deficiente autem conditione perinde [t] habetur, ac ſi libertas ſine hereditate data fuerit.

TRebatius.] CASVS. Ego qui non inſtitueram mihi aliquẽ liberũ heredem, nec inſtituere proponebã, ita dixi in teſtamẽto meo: Quiſquis mihi heres erit,Stichus ſeruus meus liber & heres mihi eſto. Certè erit Stichus liber, & heres mihi neceſſarius : licèt Trebatius diceret & malè, eũ tantùm futurum liberum, & non heredem. ſi autem dedi ei purè libertatem,& hereditatẽ ſub conditione:exiſtẽte D conditione habebit libertatem & hereditatem : deficiente autem conditione perinde eſt, ac ſi libertas ſine hereditate ei data eſſet.h. d.cum.l.ſeq.Viuianus.

o *Trebatius ait.* & perperam. Accurſius.

p *Rectè putat.* imò videtur hoc eſſe falſum , niſi alius primo ſit heres:cum illa verba in ſe habeant tacitam conditionem:vt.j.titu.j.l. qui liberis.§.ſub conditione. Reſpon.illud eſt cum alius eſt cum eo inſtitutus heres: hîc nullus alius eſt inſtitutus.& concordat.j.de acquir.hered.l.ex parte.in princ.H.

q *Purè.* non eſt verbum teſtatoris,ſed iuriſconſulti,alioquin aliud eſſet:vt infra de condit.inſti.l.cum ſeruus.hoc ſcilicet,quia haberet libertatem etiam deficiente conditione. vel ibi habet coheredem: hîc eſt ſolus.

r *Pendeat.* ſcilicet ſi eſt ſolus heres.nam tunc pendet vtrumque ex conditione : quia non poteſt eſſe liber antequam aliquis ſit heres: E nec eſſet heres ante aduẽtum conditionis. Vel ſi dicas quòd habet coheredem:dic quòd vtrunque pendet ex cõditione, id eſt,an exiſtat vtrũque. nam de vno,id eſt,de libertate conſtat alio exiſtente coherede:vt.j.l.proxi.&.d.l.cum ſeruus.

ſ ET *expleta.Quocunque loco.*id eſt,gradu primo vel ſecundo,ſecundum Azo. vel ſecundum R. ex teſtamento,vel ab inteſtato,ſi hoc expreſſit teſtator.

t *Perinde habetur.* cautè poſuit ſic volens dicere : competat libertas vel non:ſed perinde habetur,&c. quia poteſt eſſe quòd competat, ſi habeat alium coheredem qui adiuit : & poteſt eſſe quòd non, ſi nullum habeat coheredem qui adeat,vel nullum habeat.nam non adita hereditate ex teſtamento , nulla in eo relicta valent : vt infra de contra tabu.l.filium.H. & infra de condit.& demonſt.l.aliquãdo.&.C.de fideicomm.lib.ex teſtamento. niſi legitimi ſint rogati: vt ſupra de inoffic.teſta. l. Titia. & facit infra de manu.teſta.l.cum ſeruus. Accurſius.

UNED

SI *quis inſtituatur.*] CASVS. Ego qui habebã multos creditores, inſtitui mihi heredem Titium vſq; ad Paſcha: vel à Paſchate in antea.certe incontinẽti me mortuo poteſt dictus Titius bonorum poſſeſſionem agnoſcere,& tanquam heres diſtrahere hereditatem cauſa ſatisfaciẽdi creditoribus. ſi autẽ inſtitui eum ſub die incerta, puta poſt mortẽ Sempronij,quę dies incerta loco conditionis habetur: & tunc agnoſcere poteſt bonorũ poſſeſſionẽ iuris. & idẽ eſt ſi eũ inſtitui ſub poteſtatiua cõditiõe: puta ſi ſeruũ quẽ in poteſtate habebat, manumiſit. vel ſub mixta,vel ſub caſua li:puta ſi Titius aſcẽderit capitoliũ,vel cõſulſa ctꝰ fuerit. nã ĩ oĩbꝰ his caſibꝰ poteſt agnoſcere bonorũ poſſeſſionem quæ iuris eſt,non tamẽ quæ vel facti eſt: vt ſic poſſit alienare de hereditate. Inter iſtas tamẽ cõditiões eſt differẽtia quo ad quid : qa cũ eſt inſtitutus ſub poteſtatiua cõditione , & creditores inſtãt ei vt adimpleat eam,vt ſic poſſint petere ſatisfactionem , & ipſe trahit conditionẽ:prætor debet ei pręfinire tẽpus intra quod adimpleat: & ſi nõ adimpleuerit,quòd dabit creditoribꝰ bona. ſi autẽ eſt inſtitutus ſub die incerta,vel ſub cõditione caſuali,vel mixta:tũc debet prætor ad poſtulationem creditorũ cõſtituere certũ tempus intra quod niſi hereditas heredi obtigerit, aditaq; ab eo fuerit, debet iubere bona mei defuncti creditores poſſidere: & debet prætor dare interim curatorẽ bonis:qui curator debeat ꝓuidere circa peritura tẽpore,& ea vendere,& ſoluere ęs alienũ,quod ex pœna creſcit: & maximè ſi eſt publicũ:ſicut euenit cũ vẽter eſt in poſ.vel cũ pupillus heres nõ habet tutorẽ. de alio autẽ nõ debet ſe intromittere dictus curator. & ſi creditores pẽdente dicto termino prætoris vellent intrare in poſ.bonorũ hereditariorũ,& venditionem de eis facere,non poſſunt: & ſi fecerint,reſtituitur heres cauſa cognita:ſicut & quando venduntur bona illius qui peregre abeſt nõ cau ſa fruſtrandi,vel illius qui impeditur valetudine,id eſt,ęgritudine: qui quidem non poſſunt in ius venire,nec defenduntur. Viuianus.

† Id eſt,ex die certo.
* Id eſt,ex conditione.

Miſſus in poſſeſſionem,pendẽte conditione poteſt omnia facere quæ curator datus poſſet. h. d. ſecũdum veram lectũ.Bartolus.

XXIII. POMPONIVS *libro primo ad Sabinum.*

SI quis inſtituatur heres in diẽ † certum [a] vel incertum,* [b] is bonorum poſſeſſionem agnoſcere poteſt, [c] & tanquã heres [d] diſtrahere hereditatem.

Si inſtitutus differt conditionẽ poteſtatiuam implere, ei ad hoc per iudicem terminus ſtatuetur. Bartolus.

Sed ſi bonorũ poſſeſſionem nõ admittat, [e] ſed conditionem trahat, [f] cui facilè parere poſſit, veluti ſi ſeruum quem in poteſtate habeat,manumiſerit, nec manumittat hîc prætoris erunt partes, vt imitetur edictum [g] ſuum illud quo præfinit tẽpus [h] intra quod adeatur hereditas.

Pendente cõditione caſuali iudex ſtatuet terminum, intra quẽ ſi non petatur bonorũ poſſeſſio-vel hereditas adeatur: creditores in poſſeſſionem mittentur,& curator bonis conſtituetur.Bart.

Item ſi conditioni heres parere non poterit, quã in ſua poteſtate nõ habebit, veluti inſtitutione [i] collata in alterius factũ, [k] aut in quẽdam caſum, *Si ille* puta *conſul factus fuerit:*tũc poſtulãtibus creditoribus [l] conſtituet pretor,niſi intra certũ tempus hereditas obtigerit, [m] aditáque fuerit,ſe bona defuncti creditoribus poſſidere iuſſurum , & interim quæ vrguebunt, [n] per procuratores† [o] diſtrahi iuſſurum.Sed ſi ſub conditione quis heres inſtitutus ſit , & graue æs alienũ ſit quod ex pœna creſcit , & maximè ſi publicũ debitum imminet : per procuratorem [p] * ſoluendum æs alienum: ſicuti cum venter [q] in poſſeſſione ſit,aut pupillus heres tutorem non habeat, [r]

Aduerſus facta per talem curatorem nõ reſtituitur pupillus ſed abſens,vel aliter impeditꝰ.Bar. *

Et ideo ait, [f] cauſæ cognitionẽ [t] adiectam propter eos qui ſine dilatione [u] peregre eſſent, vel ægritudine [x] vel valetudine ita impedirentur , vt in ius produci non poſſint,nec tamen defenderentur.

Si inſtituo duos hoc modo , vtérve eorũ viuat:& ambo viuant, ambo ſunt inſtituti.ſed ſi alter tãtùm viuat, ille ſolus eſt inſtitutus in parte , & in parte mortui cẽſetur ſubſtitutus.h.d. cum duabus. ll.ſequẽtibus.&eſt pulcher caſus.

XXIIII. CELSVS *libro ſexto-decimo Digeſtorum.*

TItius & Seius , *vtérve eorũ viuet, heres mihi eſto.* Exiſtimo,

vt ſupra de act.emp.& ven.l.ſi quis alienam.
e *Non admittat.* non tamen repudiat:vt.j.de cura.bo.dan.l.j.R.
f *Trahat.* id eſt,differat adimplere.Azo.
g *Edictum.* quod non habemus.Accurſius.
h *Præfinit tempus.* ſed certe imò ſtatim debet adimplere. alias deficere dicatur conditio: vt infra de cõdit.& demonſ.l.hæc cõditio.cõtra. Solu.ibi in legato: hîc ĩ herede qui vt dñs non ſit grauandus. vel ibi ſubaudi,etiam.
i *Inſtitutione.* id eſt, inſtitutionis conditione.
k *Factum.* puta ſi Titius aſcenderit capitolium.
l *Creditoribus.*ſcilicet hereditariis.
m *Obtigerit.* id eſt, obuenerit.
n *Vrguebunt.* quia pereunt.
o *Curatores.*quos conſtat interim cõſtituendos qui faciant talia:vt & infra de cura . bonis dan.l.j.&.l.ij. & facit.ſ. de admi.tuto.l.inter bonorũ.&.j.de bo.aucto. iudi. poſ. l.ſi ſeruus.&. C.de inoffic.teſta.l. ſcimus.§.fi.Accurſius.
p *Curatorem.* datũ bonis. Accurſius.
q *Cum venter.*facit.j.de ven.in poſſ.mit.l. curator.§.pen.&.ſ. proxi. §. &.j. de iure delibe.l.v. Accurſius.
r *Non habeat.* & debet ex perſona patris. alias non fieret venditio: vt. j.ex quibus cau.in poſ. ea.l.apud Iulianum. Accurſius.
f *Ait.* ſcilicet prætor.j. quib.ex cau.in poſ.ea.l. ij.&.l.Fulciniꝰ §.j.quod eſt falſum: quia ibi non deſunt hæc verba . Vel dic ſecundum Io. in quadam parte edicti quam non habemus. & ſecundum hoc omnia inferiora verba videntur loqui de illo edicto . Vel melius ait Pomponius conditor huius legis loquens de ſeipſo in tertia perſona. ſic & ſupra ſol.matr.l.diuortio.in prin.& ſecundum hoc dic adiectum à prætore qui in quodam edicto dedit reſtitutionem in integrũ illis contra quos eſt facta miſſio & venditio,& cauſa cognita. nam non ad pupillos refertur qui non reſtituitur in integrum ob ea quæ facta ſunt per curatorem talem : vt ſupra de mi.l.in integrum reſtitutione. ſecus in abſentibus iuſta cauſa:& in his aliis qui hîc ſequuntur : vt ſupra ex quib. cau.maio.l.j.in fi.&.j.quib. ex cau.in poſ.ea.l.in poſſeſſione.§.cum dicitur.
t *Cognitionem.* alias conditionem.
u *Sine dilatione.* ſcilicet iniuſta vel iuſta.Azo. vel dic ſine dilatione, ſcilicet iudicis. nam tunc non procederet iudex interim ad faciendam miſſionem vel venditionem:vt.C.de dila.l.ſiue pars.vel dic à creditore:quia nec tunc procederet ad venditionem: vt infra quibus ex cau.ma. l. Fulcinius. §. ſed in diem.ſed ad miſſionem ipſius: vt.l.in poſſeſſionem.eo.titu.
x *Ægritudine.* no. ſolutionem non differri propter ægritudinem, vel miſſionem,vel venditionem. Sed an ad litis cõteſtationem,vel ad ſententiam?Io.ſic [a] non ad cætera,cum procuratore poſſit mittere . Sed dic vt.ſ.ſi quis cautionibus.l.ij.§. ſi quis iudicio. vel plenius infra de diuer.& tempo.præſcript.l.j. Accurſius.

† Qui aliis iuris locis ſemper vocantur curatores.
* curatorẽ.
* ſcilicet Sabinus.
a] Ampliabis hanc gl. vt procedat quod hic dicitur, etiam in ſententia ſicut & in litis conteſtatione:& vt not.in. c.ter. nor. extra de re iudi.& iſtam glo. Barto. multum cõmẽdat hic: & plenius in l. 2.§.ſi quis in iudicio ſ.ſi quis cau. Ægritudo ſolutionem non differt.

a *Certum.* tunc tollitur dies certa de medio:vt.j.e.l.hereditas.Azo.
b *Vel incertum.* i.ſub conditione. nã dies incertus,&c.vt.j.de cõdi. & demon.l.dies.& infra quando dies lega.ce.l.ſi cum heres.Azo.
c *Agnoſcere poteſt.*etiam pendente conditione:vt infra de ſecun.tabu.l.ij.§.ſi ſub conditione. Accurſius.
d *Tanquam heres.* hoc refertur ad eum caſum quo inſtitutus eſt in diem certum. nam ſi ſub incerto,id eſt,ſub conditione (cum petat pendente conditione bonorũ poſſeſſionem quæ iuris ſit, non quæ facti:vt.d.§.ſi ſub conditione.&.l.hi demum.licèt quidam dixerint cõtra:ſcilicet quòd illa quæ facti eſt per.l.C.de inoffic.teſta.l.filius. & illa quæ iuris eſt,ſine effectu ſit,niſi exiſtat conditio : vt infra de ſecun.tabu.l.ij.§. ſi quis ita.in fi.§.) non poteſt pendente conditione aliquid facere vt heres : nec alienare dominium,vel aliquid facere vt heres:& ita iuris eſt tantùm,non facti,id eſt,cum aliquo effectu. nã nec de iure ciuili poteſt interim adire:vt infra de acquir. hered.l.ſi is qui bonis.ſed poteſt vendere non vt heres,ſed vt quilibet rem alienam:vt ſupra de contrahen.empt.l.rem alienam. ſi tamen deficiat conditio,& inſtitutus eſt talis,qui præteritus haberet contra tabulas,remanet poſſeſſor,vt per contra tabulas:vt infra de contra tabu..l.ſi ſub conditione.& ſic alienationes cõfirmarentur:

TItius.] CASVS. Ita inſtitui mihi heredes:Titius & Seius vter eorum viuet,heres mihi eſto. certè ſi vterque repperitur viuus tempore mortis meæ,ambo erunt heredes. ſi autem vnus tantùm viuit , ille ſolus erit heres. & idem eſſet in legato.ſi tali modo ei reliquiſſem:quia tacita eſt ſubſtitutio ibi.hoc dicit vſque ad.l.ſi te. Viuianus.

a *Alteróque mortuo.* ad hoc infra de lega.j.l.ſi fundum.§.his verbis. &.j̃.eo.l.Cornelius. Accurſius.

b Qvia *ſubſtitutio.* ſcilicet vulgaris, quæ fit hoc caſu verbis affirmatiuis.ſic.C.eo.l.fin.regulariter cõtra : vt inſti. de vulga. ſubſti.§.j. Accurſius.

c IDq́;.*Senatus.* cui⁹ nomen nõ habemus.

S*I te ſolum.*] CASVS. Ex parte dimidia hereditatis meæ Titiũ ſolum pure heredem inſtitui: & ex altera dimidia inſtitui eundem ſub cõditione,ſi nauis ex Aſia venerit vſque ad annũ: & ei ſubſtitui Seium hoc modo : Si Titius mihi heres non erit,ſubſtituo ei Seium : & poſtea deceſſi.nunc Titius repudiauit hereditatem meam , pendẽte adhuc cõditione prædicta.vndeSeius ſubſtitutus adiuit hereditatem pro illa dimidia ex qua pure inſtitueram Titium . modò quæritur, vtrum pẽdente cõditione vel penitus deficiente poſſit dictus ſubſtitutus eſſe heres etiam ex illa alia dimidia ex qua Titius fuit inſtitutus ſub dicta cõditione ? Et dicitur ꝙ ſic . Sed quid ſi dictum Titium inſtitui heredẽ in totum purè, & poſtea eundem ſub conditione ? Certè nihil valet ſecunda inſtitutio.Item quid ſi inſtitui dictum Titium in tota hereditate ſub dicta conditione : & poſtea inſtituam eundẽ ſi Gaius Conſul fact⁹ fuerit? Certè quęcunque conditio prius exiſtat, erit heres tuus: & ſecunda inſtitutio nõ valebit.& hoc dicit. Vi.

d *Subſtituero.*tibi in partem illam tãtum ex qua ſub conditione te inſtitui.Accurſius.

e *Non exiſtente.* nũc reſpondet.

ſi vterque viuat, ambo heredes eſſe : altero mortuo, [a] eũ qui ſupererit, ex aſſe heredem fore:

XXV. VLPIANVS *libro ſexto Regularum.*

QVia tacita ſubſtitutio [b] ineſſe videatur inſtitutioni.

XXVI. CELSVS *libro ſextodecimo Digeſtorum.*

IDq́; &in legato eodem modo relicto ſenatus [c] cenſuit.

Si prima inſtitutio eſt plena,ſecunda in eodem teſtamẽto facta nihil operatur . & idem vbi ſub pluribus conditionibus diſiunctiuè relinquitur.Bartolus.

XXVII. POMPONIVS *libro tertio ad Sabinum.*

SI te ſolum ex parte dimidia purè, ex altera ſub cõditione heredem inſtituero,& ſubſtituero [d] tibi : non [e] exiſtente conditione,ſubſtitutum exeadem parte heredem fore Celſus ait . Sed ſi te heredem inſtituero, & deinde ſub conditione te eundem inſtituam : nihil valere ſequentem inſtitutionem, [f] quia ſatis plena prior fuiſſet . Sed ſi plures inſtitutiones ex eadem parte [g] ſub diuerſis conditionibus fuerint factæ:vtra prior conditio extiterit, id faciet [h] quod ſupra diximus, ſi purè & ſub conditione idem inſtituatur.

Varietas ordinis inſtitutionem non vitiat. Bartolus.

XXVIII. VLPIANVS *libro quinto ad Sabinum.*

SI quis ita inſtitutus *ſit, *Titius heres eſto, ſi Secundus heres non erit :* deinde, *Secundus heres eſto :*

*Vulgata editio habet ſubſtitutus. ſed omnes manuſcr. cũ Flor.libro, inſtitutus.

f *Sequentem inſtitutionem.* niſi habeat coheredem: vt.j̃.eo.ſi quis ita ſcripſerit. Azo. Sed videtur cõtra.j̃.de cõdit. & demon.l.nã ad ea. Sed ibi in legatis: hîc in inſtitutionibus:vt &.j̃.tit.j.l.ſi.§.ſi.Accur.

g *Eadem parte.* in genere eadem : puta inſtituo te ex triente ſi imperator intrauerit Italiam : te eundem, ſi nauis venerit in Aſia,inſtituo in alio triente. Vel dic quòd ſit eadem omnino : vt inſtituo te ſi imperator intrauerit Italiam,ex triente : & ſi nauis ex Aſia venerit , in eodem triente . & dic quòd diſiunctim poſuit conditionem. ſecus ſi copulatiuè : quia tunc omnes debẽt exiſtere: vt inſti. eo.§.penul.& infra de verbo.obliga.l.ſi quis ita ſtipulatus. & infra titu.ij.l. ſi plures. Vel dic vt in.l.illa,ſi plures. not. Item facit in eo. tit.l.ſi heredi.

h *Id faciet .* vt quæcunque exiſtat , faciat inſtitutionem valere. Accurſius.

S*I quis ita.* ] CASVS. Ita dixit teſtator : Titius heres eſto , ſi Secundus heres non erit. & poſtea dixit, Secũdus heres eſto.certè quamuis vltimò ſit ſcriptus Secundus , tamen primò erit heres ſi voluerit : & ſi non voluerit heres eſſe , tunc demum erit heres dictus primus.& hoc dicit.Viuianus.

Ordinis peruerſio non nocet.

i *Placet.* vt.j̃.titu.j.l.ij.§.fina.& de ſecun.tabu.l.ij.§.ſi quis ita ſcripſerit. &.s̃.eo.l. quo loco.&.l. ex facto. Item not. hîc quòd non nocet ordinem peruerti , cum demum omnia locum habent perfecto teſtamento , & mortuo teſtatore.

A H*Oc articulo.*] CASVS.Ita dixit teſtator : Titius & Seius quãtã quiſque eorum ex parte heredem me habuerit ſcriptum,heres mihi eſto. mortuo dicto teſtatore inuenitur quòd Titius eum teſtatorem inſtituerat iam heredem in dimidia pone bonorum ſuorum : Seius autem in nihilo. modò quæritur,vtrum dictus Titius & Seius poſſint eſſe heredes dicti teſtatoris, vel etiam aliquis eorũ? Et certè inſpicere debemus teſtatoris voluntatem . ſi autem illa non appareat,de ſtricto iure nullus eorum eritheres: quia per dictũ articulũ, quiſque omnes, ſignificantur, ſed de æquitate Titius erit heres pro tãta parte quanta teſtatorem inſtituerat, id eſt ꝓ dimidia,Seius autem in nihilo.&.h.d.Viuianus.

k *Quiſque :* aliàs quiſquis. Accurſius.

l *Omnes ſignificantur.* vt C. de pact.l. ſi creditores.

m *Habuerit.* ſcilicet iã : vt hoc verbum, habuerit, præteriti temporis ſit.ſecus ſi futuri:vt.j̃.de iis quæ pro non ſcrip.l. j.in ſi.quæ eſt contra.& j̃.eo.l.ſi ita quis.

n *Omnes.* verbum plurale diuiſum geminat ſignificationẽ ſingularis:vt.j̃.de condi. & demõſt.l. falſa demonſtratio.§. fina. & infra eo.l. pater. Azo.

o *Quoniam.* Not.quòd ad omnium factum ſermo refertur,in quo puto teſtatoris mẽtem inſpiciendam.

p *In quo.*ſermone:vt.j̃. de lega.ij.l.non aliter.

q *Humanius eſt.* in dubio.

r *In tantam .* erit ergo vnus heres, & nõ alius. ſic infra eo.l.pater.&.j̃. de condi. & demonſt.l. falſa demonſtratio.§. ſi. &.j̃. de condit. inſti.l.ij. §.fina. Sed contra.C.de impu.& ali.ſubſti.l.quã uis.&.l. cum quidam. ſed in prima inæqualitas, in alia fraternitas tollit contra . Item facit ſupra eo.l.ij. Sed quid de alia parte erit? Reſpon. vt.j̃. eod.l. ſi quis ita ſcripſerit . & quod hîc dicit, in tantam, intellige quòd ambo inſtituerant. Sed quid ſi quilibet in dodrante hunc ſcripſit, vel econtra quilibet in triente ? Reſpon. tot vnciæ fient de hac hereditate, quot illæ eſſe videntur. argu.s̃.eod.l. interdum.§. pater.&.l. item quod Sabinus. Item facit infra de leg. ij.l.ſi ita relictum.in princ.&.l. ſi pluribus.j. reſpon. in verb. quilibet. Accurſius.

placet [i] primo gradu Secundum eſſe inſtitutum.

Nomen quiſque , propriè eſt collectiuum : ſed fauore inſtitutionis vt diſtributiuum aſſumitur. Bartolus.

XXIX. POMPONIVS *libro quinto ad Sabinum.*

B HOc articulo *quiſque,* [k] omnes [l] ſignificantur: & ideo Labeo ſcribit : ſi ita ſcriptum ſit, *Titius & Seius , quanta quiſque eorũ ex parte heredem me habuerit* [m] *ſcriptum, heres mihi eſto.* niſi omnes [n] habeant ſcriptum heredem teſtatorem,neutrum heredem eſſe poſſe: quoniam [o] ad omnium factum ſermo refertur. in quo [p] puto teſtatoris mentem reſpiciendam. Sed humanius eſt, [q] cum quidem qui teſtamentorũ ſuum heredem ſcripſerit , in tantam [r] C partem ei heredem fore . qui autem eum non ſcripſerit , nec ad hereditatem eius admitti.

XXX. VLPIANVS *libro vicenſimoprimo ad Edictum.*

PIgnori obligatũ ſeruum neceſſarium domino poſſe fieri imperator Seuerus reſcripſit : ita tamen , ſi paratus ſit prius creditori ſatisfacere. [ſ]

Et liberi & ſerui poſſunt heredes inſtitui. Bartolus.

XXXI. GAIVS *libro ſeptimodecimo ad Edictum prouinciale.*

D NOn minus [t] ſeruos quàm liberos heredes inſtituere poſſumus : ſi modò eorum ſcilicet ſerui ſint , quos ipſos heredes inſtituere poſſumus:

E P*Ignori.*] CASVS. Stichum ſeruum meũ obligaui Titio pro.x. & poſtea eundem ſeruum inſtitui mihi heredem cum libertate : & deceſſi. certè ſi paratus eſt dictus Stichus ſatisfacere creditori, poterit heres mihi domino eſſe,& neceſſarius erit. Viuianus.

ſ *Satisfacere.* nõ aliter:vt.C.de neceſ.ſer.l.j.contra.& facit inſtit.de noxa.§.ſin autem dãnum.&.C.de ſer. pigno.da.l.j. &.l. ab eo.

N*On minus.*] CASVS. Non ſolũ liberi homines poſſunt heredes inſtitui, ſed etiam ſerui alieni : dum tamen eorũ domini ſint capaces hereditatis . aliàs nõ. Sed & ſi in hereditate Titij mortui eſt ſeruus aliquis,eum heredem inſtituere poſſum:quia hereditas dicti Titij, qui capax erat, eius locum obtinet. Viuianus.

t *Non minus.* facit.j̃.de le.j.l.ſi mihi.§.regula.& dic vt ibi,&.C.eo.l. neque.& infra de acquiren.hered.l.ſi ſeruus. Sed arg.contra ſupra de ædil.edic.l.cum iam.§.fina.

cum teſtamenti [a] factio cum ſeruis, ex perſona dominorũ introducta eſt. Hereditariũ ſeruum ante aditam hereditatem ideo placuit heredem inſtitui poſſe, [b] quia creditum eſt hereditatem dominam [c] eſſe, [&] defuncti locum obtinere. [d]

Vltimá voluntas non debet ex alieno arbitrio pendere. Barto.

XXXII. IDEM *libro primo de teſtamentis ad Edictũ prætoris vrbani.*

ILla inſtitutio, [e] *Quos Titius voluerit:* ideo vitioſa eſt, quòd alieno arbitrio ꝑmiſſa eſt. Nam ſatis conſtanter veteres decreuerunt teſtamẽtorum iura ipſa per ſe firma eſſe oportere, non ex alieno arbitrio pendêre. [f]

Captus ab hoſtibus & ſeruus eius poteſt inſtitui propter ſpem poſtliminij. Bartolus.

C Is qui apud hoſtes eſt, rectè heres inſtituitur: quia iure poſtliminij [g] omnia iura ciuitatis in perſonam eius in ſuſpenſo retinentur, non [h] abrumpuntur. [i] Itaq; ſi reuerſus fuerit ab hoſtibus, hereditatem adire poterit. Seruus quoque eius rectè heres inſtituitur: & ſi reuerſus ſit ab hoſtibus, poteſt eum iubere adire hereditatem. ſi verò ibi deceſſerit: [k] qui [l] ei heres exiſtet, poteſt per ſeruum [m] heres fieri.

Non expectatur cõditio cuius nihil operatur euentus. Barto.

XXXIII. IDEM *libro ſecundo de teſtamentis ad Edictum prætoris vrbani.*

SI quis ita ſcripſerit: *Titius ex parte dimidia heres eſto: idem Titiũ* [n] *ex altera parte dimidia, ſi nauis* B *ex Aſia venerit, heres eſto:* cum ex pura inſtitutione adierit heres, quamuis conditio alterius inſtitutionis pendeat, ex aſſe fit heres, [o] ſcilicet etiam [p] conditione [q] deficiente: cum non proſit ei quidquam conditio exiſtens: quippe cum non dubitetur, quin ſi quis ex parte dimidia heres inſtitutus ſit, nec præterea [r] quiſquam alius, [ſ] ipſe ex aſſe heres inſtitui videatur.

XXXIIII. PAPINIANVS *libro primo Definitionum.*

HEreditas † ex die vel ad diẽ [t] non rectè datur: ſed vitio tẽporis ſublato manet inſtitutio.

Inſtitutio pluriũ ex rebus certis valet, & ſunt heredes æqualiter: & res illas tanquam prælegatas accipiũt. Item ibi dicitur eſſe res, vbi perpetuò debet eſſe, non vbi ad tempus. Bartolus.

XXXV. VLPIANVS *libro quarto Diſputationum.*

---

a *Cum teſtamenti.* Not. quòd teſtamenti factio cum ſeruis, ex perſona dominorum introducta eſt.

b *Poſſe.* ab extraneo.

c *Dominam.* Not. hereditatem dominam eſſe, [a] & defuncti locum obtinere.

a] Hereditas defunctũ repræſentat. & huic glo. adde dictum Spe. in titu. de loca. ꝙ durioris cõditionis eſt hereditas, ꝗ̃ heres: quia etiam ante aditionẽ nõ heres gerit vicẽ defuncti. vide ibi. §. 6. verſic. 20

d *Obtinere.* ſic inſtitu. eod. §. ſeruus alienus. & j. eo. l. ſeruus. & j. de le. j. l. legatũ. §. ſeruo heredit. & de acquir. re. do. l. hereditas. & de vſuc. l. certam. & infra de leg. ij. l. debitori. in fin. & de noua. l. nouatio. in fine. Accurſius.

ILla inſtitutio.] CASVS. Ita dixi in teſtamento meo: Illos inſtituo mihi heredes, quos Titius voluerit. Certè talis inſtitutio nihil valet: nam teſtamenta & inſtitutiones non debẽt pendere ab alieno arbitrio. Secũdò dicit quòd Titium ab hoſtibus captum, vel ſeruum eius poſſum heredem inſtituere. & ſi quidem reuerſus fuerit Titius ab hoſtibus, poteſt adire cum fuit inſtitutus: & poteſt ſeruum ſuum iubere adire, cum ſeruum ſuum inſtitui. ſi autem non fuerit reuerſus, ſua inſtitutio nihil valet. ſerui autem ſui inſtitutio ad hoc valet, vt ille qui exiſteret heres ei capto ſi reuerſus fuiſſet ab hoſtibus, poſſit heres exiſtere mihi teſtatori per dictũ ſeruum à me inſtitutum, cũ captus mortuus eſt apud hoſtes. Vi.

Vide Ant. Aug. lib. 4. c. 15. vbi cõfutat Accurſ. opi. putãtis hanc eſſe captatoriã inſtitutionem.

e *Illa inſtitutio.* Not. teſtamentorum iura per ſe firma eſſe, & non ex alieno pendere arbitrio. Accurſius.

f *Pendere.* & eſt ratio: quia vult conferre in alienum arbitrium, quod vix in ſuo permittitur .ſ. ſtatuere de reb⁹ in eum caſum quo ſuæ futuræ non ſunt. & facit. j. eo. l. illa autem. & l. ſi quis Sempronium. & l. captatorias. & l. Clemẽs. §. fi. & inſti. de here. ab inteſt. §. at hi. ibi, quod ſecus &c. & j. de condit. & demonſt. l. nonnunquã. & s. de arbi. l. item ſi vnus. §. idem Põponius quærit. Et no. ſecundũ Azo. arg. quòd non debeat valere, cum ſic dicit teſtator, vt tabellio ſcribat legata deberi cuicunq; iuſſerit Titius. vel lego centum cuicunque dixerit Titius: quia cõfertur in arbitrium Titij factum. ſecus ſi cõfertur in eius arbitrium, id quod de iure eſt: vt ſi dicat, Volo te ita ſcribere ſicut dixerit aliquis ſapiens, quò magis debeant valere & tenere quæ reliqui in teſtamento, & quæ ibi ſtatui. Item in libertate hoc fallit: vt. j. de fideicõ. liber. l. fideicommiſſa. Sic ergo ex hac glo. habes arg. quòd cõpromitti poteſt vt feratur ſententia prout de iure videbitur alicui ſapienti.

g *Iure poſtliminij.* Nota quòd iure poſtliminij omnia iura ciuitatis in perſona eius in ſuſpenſo retinentur.

h *Non abrumpuntur.* id eſt non tolluntur.

i *Abrumpuntur.* ſed cõtra videbatur: quia ciuis Romanus nõ eſt: ad quod. s. e. l. ſed ſi in cõditione. §. ſolemus. & j. ad. l. Fal. l. j. in prin.

k *Deceſſerit.* dominus.

l *Qui ei.* ſcilicet capto.

m *Per ſeruum.* vtpote hereditariũ. R. & facit. j. de leg. j. l. id quod. & l. ſeruus ab hoſtibus. & de bo. liber. l. ſi necẽ. §. ſi deportatus.

SI quis.] CASVS. Scripſit Seius in teſtamẽto ſuo: Titius ex parte dimidia heres mihi eſto: & idem Titius ex altera parte dimidia, ſi nauis ex Aſia venerit, heres eſto. mortuo dicto Seio Titius adiuit ex pura inſtitutione: & ita pro dimidia. certè ſiue conditio alterius inſtitutionis pendeat, ſiue defecit, ex aſſe heres eſt: quia & ſi dicta conditio exiſteret, ſuperuacuum eſſet, & nõ proficuum ei: quia etiam ſi aliquo modo non eſſet inſtitutus in dicta parte ex qua fuit ſub conditione inſtitutus, nec quiſquam alius: ipſe in A totum inſtitutus videretur. Viuianus.

n *Idem Titius.* quid ergo ſi alius ſit inſtitutus ſub cõditione? nunquid hic interim eſt heres in ſolidum? Reſpõ. Io. non: quia quãdocunque poteſt eſſe locus inſtituto, nõ eſt locus ſubſtituto. vnde inſtitut⁹ pro parte, pro ea ſola interim eſt heres. Sed arg. contra. s. famil. erciſcũ. l. ſi heres. & arg. j. de aſſign. lib. l. ſub cõditione. ſed pro Io. eſt arg. infra de bo. poſſ. ſecun. tabu. l. ij. §. quãdiu. & ſupra ſi pars here. peta. l. ij. Azo. & plene dic vt not. ibi. Accurſius.

o *Ex aſſe fit heres.* niſi in cõditionali habuerit coheredẽ ſubſtitutum: vt infra de acquirẽ. here. l. cum heres. §. qui ex parte. & s. eo. l. ſi te ſolum. & facit. j. de acquir. here. l. ſi tu ex parte. Sed arg. cõtra. j. quãdo dies leg. ced. l. huiuſmodi.

p *Etiam.* aliàs iam.

q *Conditione.* ſcilicet quia nõ poteſt decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus.

r *Præterea.* aliàs ꝓpterea. Accurſius.

ſ *Quiſquam alius.* idem ſi alius qui heres nõ eſt: vt infra de rebus du. l. vtrũ ita. Azo. & ſic totũ habet: vt. s. eo. l. hoc articulo. & j. eod. l. paterfamilias. in fi. & l. qui filio §. fina. & l. ſeq. Accur.

† Ita etiam prælatura nõ põt dari vſque ad tẽpus: vt ĩ cap. veniẽs. cum glo. vlt. ibi, prælatura enim. extra de fi. preſbyte.

HEreditas.] CASVS. Ego inſtituerã aliquem ex die vel ad diẽ. ſtatim erit heres, ſi voluerit ille quem inſtitui. Viuianus.

t *Ad diem.* certum: vt inſti. eo. §. heres. in incertum enim poteſt: vt. j. eo. l. qui filio. & l. D in tempus. in prin. & s. de libe. & poſtu. l. filius à patre. ij. reſpon. Idem quod hîc, eſt in libertate: vt. j. de manumiſſ. teſta. l. libertas. & l. ideoque. ſed in milite ſecus: vt. C. de teſt. mili. l. certi. & j. de mili. teſta. l. miles ita. & l. in fraudem. §. pe. & facit ad. l. s. de adop. l. quæſitum. & inſtit. de here. inſtit. §. impoſſibilis. Sed arg. contra. j. de regu. iur. l. actus. ſed ibi nulla fit mentio inſtitutionis. Item cõtra. C. de here. inſti. l. extraneum. Azo. ADDITIO. Dic quòd ibi fuit dies incertus mortis inſtituti: & ſic certum eſt ipſo viuente diẽ cedere, ſecundum Bar.

EX facto.] CASVS. Quædam quæſtio de facto fuit recitata coram domino Vlpiano, & quæſitum ab eo quid iuris in ea eſſet. Quidam Romanus, & per conſequens Italicus, puta Titius, habebat magnas diuitias in Roma & in prouincia: & cum de prouincia ſoleret merces deuehere Romam, & ita in Italiam, pecuniam miſit de Italia ad prouinciam ad merces cõparandas, & Romam E vehendas: & comparatæ ſunt per nuntios ſuos: nondum tamen Romam deuectæ. & iſte Titius fecit teſtamentum: & ſcripſit Seium heredem in rebus ſuis prouincialibus, & Gaium in Italicis: & quibuſdã aliis legata reliquit. modò quæritur, ad quem de dictis heredibus pertineant dictæ merces? Ipſe autem dominus Vlpianus antequam hãc quæſtionem ſoluat, alia multa interſerit, & primò dicit: Receptum eſt à ſapientibus quòd inſtitutio de rebus certis facta de aliquo vel aliquibus valeat: ſed in iudicio fami. erciſcum. non debet inſtitutus in certa re, amplius habere quàm rem ipſam. vnde ſi vnus fuit inſtitutus in fundo Corneliano qui faciebat. ix. vncias hereditatis, & alter fuit inſtitutus in fundo Liboniano, qui faciebat. iij. vncias hereditatis: certè hi duo erũt heredes æqualibus partibus: veruntamen adiudicabitur vnicuique eorum fundus qui ei relictus eſt, cum ergo dictos fundos habeãt iure præceptionis, æs alienũ debet ſuſtinere quilibet eorum pro dimidia: ſicut quilibet eſt heres pro dimidia. Quid ergo ſi tãtum eſt æs alienum,

num, quòd eo ſoluto nihil in hereditate remanet? Dicta inſtitutio ex dictis fundis facta nihil valet. prius enim debet ſolui æs alienum, quàm legata. dictos autem fundos dictum eſt iam quòd habent iure prælegationis. Item quid ſi lex Falci. interueniens eſſet factura reciſionem legatorum, ſi dicti fundi eſſent in veritate legati? certè & in hoc caſu cum fuerunt inſtituti in dictis fundis, debet recidere Falcidia eos, cum habeant iure præceptionis, vt dictum eſt. Item quid retento eodem caſu, ſi incertum eſt an Falci. ſit interuétura? certè in hoc dubio debent ſibi adinuicem cauere dicti heredes cum ſatiſdatione: quòd ſi apparuerit vnú vel alterú amplius præceptionis nomine accepiſſe quàm ex lege Falcidia accipere liceret: quanti ea res erit, tantam pecuniam det coheredi ſuo. Cum ergo hæc ita ſe habeant: cum duo fuerunt inſtituti in duobus fundis, vt dictum eſt: ergo inſtitutio de qua dictum eſt in princip. l. debet valere, id eſt quando vnus eſt inſtitutus in rebus Italicis, & alius in prouincialibus. & idem erit in hac inſtitutióe quod dictum eſt in inſtitutione fundorum: ſcilicet vt quilibet ſit heres pro dimidia, & in iudicio fami. erciſcun. adiudicétur res Italicæ illi qui fuit inſtitutus in Italicis: & prouinciales adiudicentur illi qui fuit inſtitutus in prouincialibus. & ſic cum dictas res habeant iure præceptionis, æs alienum ſoluent pro dimidia: licet plus ſit in Italicis rebus quàm in prouincialibus, vel econtra. & iſti duo qui habent iure præceptionis res Italicas & prouinciales, & alij ſupradicti legatarij debent contribuere ad ſuplementum legis Falcid. Ad ſciendum autem quæ res contineantur appellatione rerum Italicarum & prouincialium, debemus voluntatem defuncti inſpicere. ſi autem voluntas defuncti non appareat, continebuntur appellatione rerum Italicarum illæ res quas teſtator diſpoſuit perpetuo habere in Italia. & idem dico circa res prouinciales. ſi autem aliquo tempore aliquid tranſtulit de Italia ad alium locum, puta ad prouinciam, non eo animo vt in prouincia haberet, ſed vt denuo ad Italiam reuocaret: non dicitur augere res quæ ſunt in prouincia: neque deminuere res Italicas. & de hoc ponit quatuor plana exempla vſq; illuc, quæ res &c. & ibi vſque ad fi. ſoluit quæſtionem in prin. l. propoſitam, dicendo quòd dictæ merces quæ ſunt emptæ in prouincia vt Romam veherentur, ad eum heredem pertinere debent qui in Italicis rebus inſtitutus fuit: ſiue ſint peruectæ Romam viuo teſtatore, ſiue non: & ſiue ſcit teſtator eas eſſe emptas, ſiue non. & h. d. vſque ad fi. Viuianus.

EX facto proponebatur quidam[a] duos heredes ſcripſiſſe, vnum rerum prouincialium, alterum rerum Italicarum: & cùm merces in Italiam deuehere[b] ſoleret,[c] pecuniam miſiſſe in prouinciam ad merces comparandas: quæ comparatæ ſunt vel viuo eo, vel poſt mortem, nondum tamen in Italiam deuectæ. Quærebatur,[d] merces vtrum ad eum pertineant qui rerum Italicarum heres ſcriptus erat, an verò ad eum qui prouincialium. Dicebam[e] receptum eſſe, rerum[f] heredem inſtitui poſſe,[g] nec eſſe inutilem inſtitutionem, ſed ita, vt officio iudicis familiæ erciſcundæ[h] cognoſcentis contineatur, nihil[i] amplius eum qui ex re inſtitutus eſt, quàm rem ex qua heres ſcriptus eſt, conſequi. Ita igitur res accipietur:[k] verbi gratia pone duos eſſe heredes inſtitutos, vnum ex fundo Corneliano,[l] alterum ex fundo Libiano:[m] & fundorum alterum quidem facere dodrantem bonorum, alterum quadrantem. Erunt quidem heredes ex æquis[n] partibus, quaſi[o] ſine partibus inſtituti: verumtamen officio iudicis tenebuntur, vt vnicuique eorum fundus qui relictus eſt, adiudicetur[p] vel attribuatur.

Vnde ſcio quæſitum, æris alieni onus pro qua parte adgnoſci debeat. Et refert Papinianus* (cuius ſententiam ipſe[q] quoque probaui) pro hereditariis partibus eos adgnoſcere æs alienum debere: hoc eſt, pro ſemiſſe.[r] fundos etenim vice[ſ] præceptionis accipiendos. Quare ſi fortè tantum ſit æs alienum, vt nihil detracto eo ſupereſſe poſſit:[t] conſequenter dicemus inſtitutiones iſtas ex re[u] factas nulli⁹[x] eſſe momenti. Et ſi fortè Falcidia interueniens reciſionem eſſet legatorum[y] factura, hîc officio iudicis recidit præceptiões[z] iſtas,[a] vt non plus quiſque eorú habeat,[b] quàm eſſet habiturus ſi legatum[c] accepiſſet,[d] vel aliud,[e] vel etiam præceptiones. Quòd ſi fuerit incertum an Falcidia interuentura ſit: rectiſſimè probatur,† officio iudicis cautiones eſſe[f] interponendas.[g] Cum hæc ita ſint, hæc etiam inſtitutio de qua[h] quæritur, non eſt repellēda,[i] ſi alius rerum prouincialium, alius rerum Italicarum heres fuerit ſcriptus. officióque iudicis attribuentur ſingulis res quæ adſcriptæ[k] ſunt: erunt tamen heredes ex equis partibus: quia nulla[l] pars[m] adſcripta.

* l. 78. ȷ. e.

† d. l. 78. ȷ. eod.

a *Quidam.* ſcilicet teſtator.

b *Deuehere.* ſcilicet de prouincia.

c *Soleret.* ſcilicet teſtator qui erat mercator.

d *Quærebatur.* reſponſio huius quæſtionis differtur vſque in finē huius legis: ibi, quæ res in propoſito &c. Azo.

e *Dicebam.* ego Vlp. & no. quòd altius exorditur materiam antequam ſoluat.

f *Rerum.* certarum. & tunc ſi nullus eſt alius, hic totum habebit: vt ſupra eod. l. j. §. ſi ex fundo. Si verò alius eſt: aut ex vniuerſo, & tunc habet locum. C. eo. l. pe. aut ex re certa, & tunc hahet locú quod hîc dicit.

g *Poſſe.* vt fuit in princip. l.

h *Familiæ erciſcundæ.* ſcilicet de actione.

i *Nihil amplius.* quia nihil plus eſt in hereditate, niſi duo fundi: vt ſubiicit. Vel dic, nihil amplius ſcilicet debet habere iure prælegationis. Azo.

k *Accipietur.* aliàs præcipietur. & in libro domini Accurſij correctú eſt.

l *Corneliano.* qui valet dodrantem: vt ſubiicit. Azo.

m *Libiano.* qui valet quadrãtem: vt hîc ſubiicit. Azo.

n *Æquis partibus.* ſcilicet quotis, cum hereditas ſit ius: vt ſupra eo. l. quoties. §. heredes. imò loco legatariorum ſunt habendi: vt. C. eo. l. quoties. quæ eſt contra. Sol. ibi erat alius ex vniuerſo: hîc nõ. Vel dic quòd licet obtineant vicem legatarij quo ad actiones: tamen verè ſunt heredes. prima placet.

o *Quaſi.* expreſſiuum eſt veritatis.

p *Adiudicetur.* partim iure prælegationis, partim iure hereditario: vt infra de milit. teſta. l. ſi certarú. & infra de acqui. poſſ. l. j. §. ſi ex parte & ad Trebel. l. deducta. §. nummis. & facit. ȷ. de leg. ij. l. peto Luci. j. reſpon. & infra de leg. iij. l. poſt emancipationē. §. fin. & C. famil. erciſc. l. ſi qua.

q *Ipſe.* ſcilicet ego Vlpianus.

r *Pro ſemiſſe.* ſic. C. ſi cert. peta. l. j. & C. eo. l. ſi compenſandi.

ſ *Vice præceptionis.* quæ præceptio eſt vltra medietatem cuiuſlibet fundi.

t *Poſſit.* in toto patrimonio. Accurſius.

u *Ex re.* id eſt ex fundis.

x *Nullius eſſe.* quo ad hoc vt valeant præceptiones: heredes tamen ſunt: quia hereditas dicitur etiam quę ſoluendo non eſt: vt infra de verbo. ſigni. l. hereditatis. & facit infra ad Trebel. l. j. §. denique. & ad leg. Falci. l. in ratione. §. quod vulgo.

y *Legatorum.* ſcilicet extraneis relictorum.

z *Præceptiones.* id eſt locum habet Falcidia in iſtis prælegatis ſicut in aliis legatis.

a *Iſtas.* vt. C. ad leg. Falci. l. à coheredibus. & infra ad. l. Falcid. l. Neſennius. & dic, recidet, ſcilicet. l. Falci. vel iudex. & dic quando & aliis legatis eſt grauatus. aliàs etiam qui habet quadrantem, cum habeat vltra quartam ſemiſſis, nõ deduceret Falcid. Azo. Item qui habet iure prælegationis, non proficit ſuis legatariis: ſed coheredi ſic: vt. d. l. Neſennius.

b *Eorum habeat.* in prælegatis.

c *Si legatum.* i. nõ plus cõſequitur vnus ab alio de fundis in quibus inſtituti ſunt, quàm ſi eſſet eis legatum aliis heredibus inſtitutis.

d *Accepiſſet.* tanquam extraneus, non tanquam heres.

e *Vel aliud.* in fideicommiſſis.

f *Eſſe.* inter ſe coheredes.

g *Interponendas.* de reddēdo retro quantú apparuerit vltra Falcidiam acceptum: vt. ȷ. ſi cui plus quàm per. l. Falc. l. j. j. reſpòn.

h *De qua.* in principio legis dixi.

i *Repellenda.* ſed approbanda.

k *Adſcriptæ.* id eſt in quibus inſtituti ſunt.

l *Quia nulla.* ſcilicet quota. & pone hic cõtra. C. eod. quoties. Solue vt. ſ. modò notaui.

m *Pars.* ſcilicet expreſſa.

a *Quæ res.* quia ſcilicet ſunt heredes ex æquis partibus.
b *In aliis.* puta vineis.
c *In aliis.* puta pratis.
d *Supra oſtendimus.* ſcilicet vt pro æquis partibus teneantur ad æs alienum: vt ſupra eo.§.vnde ſcio.
e *si aliis.* non ſolùm co heredibus.
f *Contributio.* vt omnes inſimul tribuant ad ſupplementum Falcidiæ.
g *Rerum ſignificatione.* id eſt appellatione.
h *Facit.* nota patrimonium conſtitui ex voluntate patrisfamilias.
i *Totum.* id eſt reſponſionem prædictam.
k *Veruntamen.* ſcilicet in dubio.
l *Cæteroquin.* id eſt alio quin.
m *Haberet.* ſubaudi, perpetuò, ſi non habes in textu.
n *Augebit.* ſcilicet res quæ ſunt eo loco &c.
o *Minuet.* ſcilicet res quæ ſunt ibi, vnde &c. & facit infra de leg. iij. l. quæſitum. j. reſpon. &c. §.fin.&. l. ſi ita legatum. &.l. qui filium.& not. ſupra de pigno. l. debitor.&.C.de verbo. ſigni. l.j. & infra de auro & argẽ.lega.l.ſi vxori.§.cum ita.
p *Reuerſuros.* id eſt recurſuros.Accurſius.
q *Eos.* ſcilicet ſeruos.
r *Pertinere.* quanquam ſint miſſi ad prouinciam.
ſ *Agaſonem.* qui ducit equos vel mulos,vel aſinos:vt ſupra ſi quadru. pau.fe.di.l.agaſo.
t *Ibi eſſet.* perpetuò.
u *In agro.* non deſtinato eis.Accurſius.
x *Agros.* ad quos erant deſtinati.
y *Quaſi.* expreſſiuum eſt veritatis.
z *Legatum.* illius fundi in quo deſtinabãtur aliquando.
a *Pertineant.* repete ſuperius non.
b *Quæ.* nunc ſoluit primam queſtionẽ in principio legis.
c *In propoſito.* id eſt in propoſita quæſtione.
d *Ituras.* pecunias.arg. infra de rebus du.l.quidam relegatus. & facit infra de fun. inſtru. & inſtrũ.leg.l. quæſitum.§.Papinianus.&.l. Seiæ.§.idem quæſiit.& l.prædia.§.j.Accurſius.

* Sic Flo.recte.An.Aug. lib 2.c 2. † In aliis manuſc. eſt, aliquid,in aliis verò melioribus eſt, aliquo. quidam ſuſpicatur legendum,ini quo.

eſt. Quæ res [a] facit, vt ſi fortè in aliis [b] facultatibus plus ſit in Italicis fortè quàm in prouincialibus,in aliis [c] minus,& æris:alieni ratio vrgueat, dici imminutionem eandem fieri, quam ſupra [d] oſtendimus. Proinde & ſi aliis [e] fuerint legata relicta,contributio [f] admittẽda erit.Rerũ [g] autem Italicarum vel prouincialium ſignificatione quæ res accipiendæ ſint,videndum eſt. Et facit [h] quidem totum [i] voluntas defuncti. nam quid ſenſerit, ſpectandum eſt: Veruntamen [k] hoc intellegendum erit, rerum Italicarum ſignificatione eas contineri, quas perpetuò quis ibi habuerit, atq; ita diſpoſuit, vt perpetuo haberet. Cæteroquin [l] * ſi tempore in quo † transtulit in alium locum, non vt ibi haberet, [m] ſed vt denuo ad priſtinum locum reuocaret : neque augebit [n] quò transtulit,neque minuet [o] vnde transtulit:vt puta de Italico patrimonio quoſdam ſeruos miſerat in prouinciam, fortè Galliam, ad exigendum debitum, vel ad merces comparandas, recurſuros [p] ſi cõparaſſent: dubium non eſt quin debeat dici ad Italicum patrimoniũ eos [q] pertinere [r] debere: vt eſt apud Mucium relatum, cum fundus erat legatus vel cum inſtrumento, vel cum his quæ ibi ſunt. Agaſonem [ſ] enim miſſum in villam à patrefamilias, non pertinere ad fundi legatum Mucius ait:quia non idcirco illo erat immiſſus, vt ibi eſſet. [t] Proinde ſi ſeruus fuerit miſſus in villam, interim illic futurus, quia dominum offenderat, quaſi ad tẽpus relegatus:reſponſum eſt,eum ad villæ legatũ non pertinere.Quare ne ſerui quidem qui operari in agro [u] conſuerunt, qui in alios agros [x] reuertebantur, & quaſi [y] ab alio cõmodati:in ea ſunt conditione vt ad legatum [z] pertineant: [a] quia non ita in agro fuerant, vt ei agro viderentur deſtinati. Quæ [b] res in propoſito [c] quoque ſuggerit, vt Italicarum rerum eſſe credantur hæres,quas in Italia eſſe teſtator voluit. Proinde & ſi pecuniam miſit in prouinciam ad merces comparandas, & necdum comparatæ ſint: dico pecuniam quæ idcirco miſſa eſt,vt per eam merces in Italiã adueherentur, in Italico † patrimonio iniungendam. Nam & ſi dediſſet in prouincia de pecuniis quas in Italia exercebat,ituras [d] & redituras : dicendum eſt hanc quoque Italici patrimonij eſſe rationem.igitur efficere dici, * vt merces quoq; iſtæ quæ comparatæ ſunt vt Romam veherẽtur: ſiue proue&ctæ ſunt eo viuo, [e] ſiue nondum:& ſiue ſcit,ſiue ignorauit:ad eum heredem pertinere cui Italicæ res ſunt adſcriptæ.

Defectus conditionis de futuro quæ dependet ex facto teſtatoris,inſtitutionẽ non vitiat.h.d.

XXXVI. IDEM *lib.octauo diſputationũ.*

SI quis ita ſcripſerit heredẽ: [f] *Ex qua parte codicillis Titiũ heredem ſcripſero,* [g] *heres eſto :* etiam ſi pars in codicillis nõ fuerit adſcripta, erit tamen heres, quaſi ſine parte inſtitutus.

Non admittitur concurſus inſtituti & ſubſtituti.Bartolus.

XXXVII. IVLIANVS *libro vicenſimonono Digeſtorum.*

CVm in teſtamento ita ſcribitur: [h] *Si filius meus me viuo morietur,nepos ex eo poſt mortem* [i] *meã natus heres eſto:* duo gradus [k] heredũ ſunt.nullo enim caſu vterque ad hereditatẽ admittitur.Ex quo apparet,ſi nepoti Titius ſubſtitutus fuerit, [l] & filius patri heres extiterit, nõ poſſe Titiũ vnà [m] cũ filio heredem eſſe : quia non in

nem.ſi autem extraneo,tunc ſi de præterito, valet : vt ſupra. e.l.ij. &.l.hoc articulo.ſi de futuro, non : quia eſt captatoria : vt infra.e. l.ille.& infra de iis quæ pro non ſcrip. ha. l.ij.in fi. Sed quare ſecus quando ſibi apponit conditionem de futuro, & aliud quando extraneo? Reſpon. ſecundum Ioan.cum conditio pendet ex teſtatore, ſi deficiat, habetur pro pura. & facit infra de condit. inſtit.l. inſtitutio. &.C.de inſtitu. & ſubſtitu.l.penult. Sed contra ſupra eo.l. quoties. §. tantundem.ſed dic vt ibi.Item not. quòd alicubi videtur eſſe conditio, & non eſt: vt hîc, & infra de op.leg.l.illud aut illud. & infra de ali. leg.l.à filio. §. fina. Sed arg.contra infra de vſu fruct. leg. l. qui plures. ADDITIO. Dic quod ibi ſcriptura erat imperfecta circa perſonas quæ à iure non ſupplétur:hîc circa portiones quæ à iure ſupplentur: vt ſupra eo.l.item quod Sabinus. ſecũdum Dy. & Bart.

† ſic Fl.in aliis eſt, deducerentur.

* effici dixi.

CVm in teſtamento.] CASVS. Gaius ita ſcripſit in teſtamento ſuo: Filium meum Sẽpronium mihi heredem inſtituo : & ſi dictus filius me viuo morietur, tunc nepos ex eo poſt mortem meam natus heres mihi eſto: & dicto nepoti ſubſtituo Titium. Certè ſi filius non moriatur viuo teſtatore, & poſt mortem teſtatoris velit habere hereditatem, non admittetur nepos, nec Titius nepoti ſubſtitutus. [HÆC VERBA.] Titius ita ſcripſit in teſtamento ſuo: Publius & Marcus & Gaius inuicem ſubſtituti heredes mihi ſunto. certè videtur eos inſtituiſſe, & poſtea adinuicem ſubſtituiſſe. videtur enim ita dixiſſe teſtator: Publius & Marcus & Gaius ſint mihi heredes, & ſint inuicem ſubſtituti. [QVI TRES.] Titius habens tres filios, ſcilicet Publiũ & Marcium & Gaium,ita ſcripſit: Filij mihi heredes ſunto.& poſtea ita ſcripſit:dictus Publius filius meus exheres eſto. certè quamuis per verba generalia inſtituerit omnes filios heredes, tamen verba ſpecialia exheredationis faciunt vt non videatur inſtituiſſe niſi Marcum & Gaium.& hoc dicit.Viuianus.

a] Quid in contractu vbi cõditio habetur pro impleta:qua actione agatur?dic φ actione in factum per Bart.in.l.2. C. de inſtit. & ſubſti.&.l. in teſta.J. de cõdit.& demonſtra.

e *Eo viuo.* ſcilicet teſtatore.

SI *quis ita.*] CASVS. Seius ita dixit in teſtamento ſuo : Ex qua parte codicillis Titiũ heredem ſcripſero,heres eſto.poſtea non fecit codicillos,& deceſſit:vel fecit codicillos,& in eis nullam partem dicto Titio aſſcripſit.certè erit heres Titius quaſi fuerit inſtitutus in teſtamento ſine parte. Viuianus.
f *Heredem.* in teſtamento.Accurſius.
g *Scripſero.* de futuro non fit conditio [a] vt impediat, ſed de præterito ſic:vt hîc,& ſupra eo.l.ij.§.poteſt autem is. Nec ob. infra eo.l. Clemens.§.fi.vt ibi dices.& hoc vbi ſibi teſtator appoſuit conditio-

h *Scribitur.* ſubaudi filio inſtituto. aliàs non eſſent duo gradus.
i *Poſt mortem.* facit ſecundum Galli conſilium:vt ſupra de libe. & poſtu.l.Gallus.in prin.Accurſius.
k *Duo gradus.* inſtituti,& ſubſtituti:vt filius quidem inſtitutus,nepos autem habeatur ſubſtitutus.Accurſius.
l *Subſtitutus fuerit.* etiam vulgariter: ſcilicet ſi nepos non erit heres &c.& ſunt tres gradus.
m *Vnà cum filio.* licet teſtator dixerit, ſi nepos heres non erit, Titius

Titius heres eſto:& hic nepos non erit heres.

a *Sed in ſecundum.* id eſt,in locum deficientis ſecũdi gradus ex quo cœpit poſſe adiri hereditas.ſed hîc non cœpit poſſe adiri hereditas: ergo Titius repellitur:vt infra de acquirend. hered.l.iij. & facit infra titu.j.l.ſi mater.Accurſius. A

primum,ſed in ſecundum [a] gradum ſubſtituitur.

Copula vltimo loco poſita,etiã inter præcedentes ſolutè poſitos videtur appoſita. Vel ſic: Soluta reſoluitur in coniunctam. Bartolus.

Hæc verba, *Publius, Marcus, Gaius inuicem ſubſtituti, heredes mihi ſunto*:ſic interpretanda ſunt, vt breuiter videatur teſtator tres [b] inſtituiſſe heredes, & inuicẽ eos ſubſtituiſſe, perinde ac ſi ita ſcripſiſſet:*Ille & ille & ille inſtituti, heredes & ſubſtituti ſunto.* B

Indefinita non comprehendit eum de quo ſpecialiter eſt prouiſum. Bartolus.

Qui tres filios habebat, & ita ſcripſerit:*Filij mei heredes ſunto:Publius filius meus exheres eſto*: videri poteſt prima parte duos dumtaxat [c] filios heredes inſtituiſſe. [d] C

Poſt mortem legatarij poteſt ſeruus legatus heres inſtitui. Bartolus.

XXXVIII. IDEM *libro trigenſimo Digeſtorum.*

Qui filio [e] impuberi exheredato Pamphilum legat, eundem [f] poſt mortẽ filij [g] ex parte heredem inſtituere eodem modo poteſt, quo is qui ſeruum Sempronio legatum, eundem [h] poſt mortem Sempronij ex parte heredem inſtituit.

B Conditio tacitè hereditati adiecta, non poteſt in codicillis adimi. Bartolus.

Seruus teſtamento heres purè ſcriptus, [i] liber autem iuſſus [k] eſſe ſi intra calendas Decembres decem dediſſet: ſi codicillis purè libertatem acceperit, intra calendas quidem neque liber [l] neque heres erit, niſi decem dederit: ſi intra calendas non dederit, liber ex codicillis [m] erit.

C Sublata cauſa viuo teſtatore ꝑ quam cõditio vni rei adiecta, alteri repetita intelligatur, ceſſat repetitio conditione pendente. ſecus ſi eſſet iam defecta. Bartolus.

Si quis ſeruum ſuum liberum ſub conditione, heredem purè ſcripſiſſet, eúmque vendidiſſet:

b *Tres inſtituiſſe.* breuiter duos gradus comprehendit. ſic.j.titu.j.l. Lucius.§.aliter.

c *Duos duntaxat.* ſed quid ſi duos tãtùm habeat, & idem ſcripſit? Reſpond. eum heredẽ eſſe: vt infra titu. j. l. ſi quis eum quẽ.in princ. Item nota [a] quòd ſequens ſcriptura determinat & reſtringit pręcedentem. ſic infra de verb. ſignifi.l.ſi cũ fundum.&de acquirẽ.poſ. l.ſi is qui.& ſupra de ca lum.l.hæc actio.

d *Inſtituiſſe.* Not. ſequentem ſcripturã determinare & reſtringere præcedentem.Accurſius.

a] Limita iſtud dictum glo.ſi ſequẽs ſcriptura eſſet authẽtica ſicut prima. nam ſi produceretur ſcriptura notarij mortui vbi nõ eſſet ei⁹ ſubſcriptio, non faceret fidem, nec priori obſtaret.B.in.l. ſi quis.§.initium.ſ.de edẽd. Et quæ dicatur ſcriptura authẽtica:vide per Innocen.in. c.1.in princ. de fide inſtru.

Qvi filio.] CASVS. Inſtitui mihi heredem Titiũ, & filium meum impuberem exheredaui: & eidem impuberi exheredato legaui Pamphilum ſeruum meum: & poſtea ita dixi: Inſtituo mihi heredẽ pro parte dimidià dictum Pamphilum poſt mortem dicti mei filij impuberis: & do ei libertatem in eum caſum. nũquid valet talis inſtitutio dicti Pamphili?Et videtur quòd non:quia dictum impuberem exheredaui,vt dictum eſt:vnde non videtur quod heredibus eius impuberis poſſim auferre dictum Pamphilum quem impuberi legaueram inſtituendo dictum Pamphilum heredem tali modo vt dixi. Sed reſpondet quod valet dicta inſtitutio Pamphili:& poſt mortẽ impuberis erit mihi heres cum Titio prædicto. nam & ſi legaſſem dictum Pamphilum cuidam extraneo,puta Sempronio, & eũdem poſt mortem dicti Sempronij heredem inſtituiſſem pro dimidia cum libertate, haberet poſt mortem Sempronij hereditatem meã cum dicto Titio.[SERVVS TESTAMENTO.]Stichum ſeruum meum ſcripſi mihi heredem purè:& dedi ei libertatem ſub iſta cõditione,ſi intra calendas Decembris daret Titio.x.poſtea feci codicillos,& eidẽ ſeruo dedi libertatẽ purè in dictis codicillis: & poſtea deceſſi. nunc dictus ſeruus propter verba codicillorum volebat libertatem etiam ante calendas prædictas,& per conſequens hereditatem.certè reſpondetur ei quòd ante dictas calendas non habebit hereditatem, nec libertatem,niſi det. x. dicto Titio.poſt calendas autem erit liber ex codicillis, & per conſequens hereditatem habebit. [SI QVIS SERVVM.] Stichum ſeruum meum ſcripſi mihi heredem purè:& dedi ei libertatem ſub cõditione, ſi nauis ex Aſia venerit vſque ad annum. & poſtea eum ſeruum vẽdidi Titio, & poſtea deceſſi.Certè iuſſu dicti Titij emptoris poteſt dictus ſeruus adire hereditatem meam,etiam pendente dicta conditione libertatis.ſi autem tranſiuit annus intra quem debebat venire nauis, & ſic defecit conditio libertati appoſita, & ſic amodo inſtitutio nihil valet, & poſtea alienatus ſit in dictum Titium : non poteſt eius Titij iuſſu adire hereditatem.Sed pone quòd dicto ſeruo cui libertatem ſub dicta conditione legaui equum meum purè,non autem eum inſtitui : & pendente dicta conditione eum manumiſi, vel alienaui in dictum Titium:& poſtea deceſſi:Certè dictum legatum habebit eo caſu quo fuit manumiſſus: aut acquiret illud Titio domino ſuo,in quem Titium per me viuentem alienatus fuit: & hoc ſiue tempore mortis meę pendebat adhuc conditio libertatis,ſicut pendebat tempore quo eũ manumiſi,vel alienaui:ſiue extincta ſit, quia non venit nauis intra annum.ſi autem poſt defectũ dictæ cõditionis libertatis manumiſi eũ, vel alienaui Titium, legatum equi datum purè per me dicto ſeruo recidit ad irritũ, ſicut in ſuperiori caſu hereditatis. [CVM VENDITOR.] Vendidi Titio ſeruũ meũ Stichum:& antequã ei traderem,ipſe Titius emptor fecit teſtamẽtum,& inſtituit ſibi heredem dictũ Stichũ & Gaiũ:& deceſſit. ego venditor qui habebã adhuc dominiũ ſerui,iuſſi eũ adire pro parte dimidia, in qua fuit inſtitutus à dicto emptore:& ita mihi acquiſita eſt. Gaius autẽ coheres ſerui adiuit pro ſua dimidia. certè debeo ego venditor reſtituere dicto Gaio heredi emptoris coheredi dicti ſerui totum illud quod cõſequi nõ potuiſſet, ſi pri⁹ quàm iuſſu meo adiret ſeruus partẽ hereditatis, vẽdidiſſem eum dicto Titio, & tradidiſſem. i. dimidiã hereditatis emptoris, & totũ ſeruum:quia nõ debeo facere lucrũ eius ſerui nomine quem iure vẽdidi. Et hoc reprobatã opinione quorũdã,qui dicebant quòd ego nõ debebam reſtituere dicto Gaio, niſi ꝑ ea parte qua extitit heres Gaius emptori.i. pro dimidia ſeruũ, & pro dimidia illud quod acquiſiui de dicta hereditate per dictum ſeruum, ſicut pro dimidia habuit hereditatem emptoris Gaius.i. dicere, partem dimidiam ſerui,& partem dimidiam dimidię hereditatis,id eſt,quartam hereditatis. & hoc dicit cum.l.ſeq.Viuian.

e *Qui filio.*ſiue leget teſtator ſeruũ ſuũ filio exheredato,ſiue extraneo:poteſt eũdem ſeruũ inſtituere poſt mortem legatarij:quia dies incertus eſt.aliàs tolleretur dies:vt.ſ.e.l.hereditas. Sed an valeat legatũ ſerui ſi hic ſolus ſeruus poſt mortẽ legatarij eſt inſtitutus? Reſpon.non:quia ante mortẽ legatarij non: quia nemo eſt heres poſt ea nõ:quia libera perſona inueniretur legata. & facit.j.tit.j.l. ſi ſeruus cõmunis.§.fi.&.l.ſeq.&.C.de neceſ.ſer.l.penul.§.fi.Accurſius. D

f *Eundem.* ſcilicet Pamphilum.

g *Filij.* exheredati.

h *Eundem.* ſeruum.

i *Purè ſcriptus.* quo ad verba.affectus autem eius eſt,vt conditionẽ adimpleat libertatis.& dic ſcriptus,ſolus,ſecundum Io.

k *Iuſſus eſſe.* ſub hac conditione,ſi intra,&c.

l *Neque liber.*ex teſtamento nõ eſt liber:quia nõ extitit adhuc cõditio : & per cõſequens nec heres:quia nõ liber:& quia ſub eadẽ cõditione retardatur hereditas:vt.ſ.eod.l.ſeruus alienus.§.j. & ar.j.de condi.inſti.l.cum ſeruus.&.ſ.eo.l.Trebatius.§.fin.& ar.ſ.de ſer.vrba.prædi.l.iij.§.qui habet. Item nec ex codicillis eſt liber pendente cõditione, vt hîc dicit:quia noluit lex expectari an habeat vtrũque ex teſtamento,& ſic ſit neceſſarius : quod eſt ſi exiſtat conditio:vel voluntarius ſecundum Hug.Item ſi eſſet liber in codicillis,videretur remota conditio libertatis,per conſequens hereditatis:&ſic directò daretur hereditas in codicillis remouendo conditionẽ:quod eſſe non debet:vt inſtitut.de codicil.§.fina. Accurſius. E

m *Liber ex codicillis.* & heres volũtarius ſecũdum H.vt arg.ſ.eo.l.ſi ſeruus communis.nec obſtat.C.de neceſ.ſer.l.quidã.§.ſed cum veteres. vbi eſt neceſſarius:quia ibi nil de libertate dixit in teſtamento.Sed alij dicũt,vt Io. etiam R.quod hic non eſt heres:vtpote deficiente conditione,ſed tantùm liber:vt argu.ſ.eo.l.& expleta. Sed tunc libertatem quo modo cõſequitur, cum non exiſtẽte ex eo teſtamẽto herede nil valeat:vt.C.de fideicom.l.eam? Reſpon.hîc habebat coheredem. Vel illud de relictis in teſtamento:hîc autem de codicillis. ſed eſt hîc opus adiri hereditatẽ à legatario.aliàs non valet libertas:vt. C.de cadu.tollen.l.j.§.in nouiſſimo.& ſecũdum hoc poteſt in fine legi cum non,ſecundum Io.qui habebat,ex codicillis non erit:ſcilicet non adita hereditate à legitimo.Accurſius.

a *Conſtitit inſtitutio.* per conditionem defectam ſub qua ipſa inſtitutio facta videtur quantum ad quærendam hereditatem. ſecundum Rog. Sed nunquid ſi poſtea cõditio extiterit, reſtituit emptor hereditatem ſeruo? Reſpon. nequaquam. Azo. expectatur ergo hæc conditio, quando ſeruus in eodem manſiſſet ſtatu. nam ante cõditionem nec ſe nec alium poteſt facere heredem: ſed alienatione facta eſt quem faciat heredem: & ideo cõditio non expectatur, quia vera non eſt conditio, ſed quia propter naturam libertatis differtur inſtitutio, eo ſcilicet nõ alienato. aliàs ſi eſſet vera conditio, expectaretur etiam eo alienato.

* Potius ita pungẽdum fuit, vẽdidiſſet pendẽte conditione, iuſſu. &c.

b *Imperandi.* nouus dominus.

c *Defectam conditionem.* libertatis, quę fortè erat ſi nauis venerit ex Aſia hinc ad menſam. & dic quod defectus conditionis & libertatẽ & hereditatem ſub cõditione tacite repetita datã vitiat: alienatio ſolam adimit libertatem: vt inſtitu. eo. §. ſeruus.

d *Inutilis.* quia perinde eſt modo habẽdum, ac ſi fuiſſet purè inſtitutus & ſimpliciter ſine libertate data aliquo modo. H. quod hoc iure non valebat: hodie ſecus: vt C. de neceſſ. ſer. l. quidam.

e *Igitur.* quod dixi in hereditate ſeruo relicta, idem in legato: cũ ſub cõditione libertas ſit ei relicta.

f *Pendente cõditione.* ſcilicet libertati adſcripta.

g *Legatum habebit.* ipſe manumiſſus: quia legatum purè cœpit deberi manumiſſione facta. Hug.

h *Aut domino acquiret.* cum fuit alienatus.

i *Mortis.* ſcilicet domini.

pendente* conditione iuſſu emptoris ſeruus adire hereditatem poteſt: quia & conſtitit inſtitutio, ^a & eſt qui ius imperandi ^b habet. Quod ſi poſt defectam conditionem ^c alienatus fuiſſet, non poteſt iuſſu emptoris hereditatem adire: quia eo tempore ad eum perueniſſet, quo iam extincta inſtitutio inutilis ^d fuerat. B Igitur ^e cum ſeruus ſub conditione liber eſſe iubetur, & legatum purè accepit: ſi pẽdente cõditione ^f manumiſſus vel alienatus fuerat, legatum habebit, ^g aut domino ^h adquiret: quanuis mortis ^i tempore conditio libertatis extincta ^k fuerit. Si verò poſt defectum conditionis manumiſſus aut alienatus fuerit, ^l legatum ad irritum recidit. ^m

Quicquid poſt venditionem venditori accreſcit mediãte ſeruo vendito: reſtituit emptori, vel eius heredi. Bartolus. C

Cum venditor ſeruum ante traditionem ab emptore pro parte heredem ſcriptũ adire iubet, reſtituere coheredi ſerui neceſſe habet: quia lucrum facere eius ſerui iure quem vendidit, non debet. ^n Planè nõ totum ^o quod adquiſierit reſtituet, ſed pro ea dumtaxat parte quia ſeruus coheredem habuerit.

XXXIX. MARCIANVS *libro ſecundo Regularum.* D

ID eſt ^p partem dimidiam ſerui, & quartam hereditatis. ^q Libro trigenſimo Digeſtorum

K *Extincta.* & ſic videtur quòd non cedat dies huius legati quantum ad hoc vt valeat vel non à tempore mortis. quod eſt bene notandum. vel ſatis poteſt dici quod cedat à tempore mortis. Hug.

l *Fuerit.* ſcilicet ſeruus.

m *Recidit.* habuit enim quaſi tacitè à ſeruo acquirẽdum legatum conditione libertatis adiecta. R. vel ſic: quia perinde habendum eſt, ac ſi legatum ſimpliciter ſine libertate fuiſſet ei relictum, quod nullum eſſet: vt. C. de leg. l. ſeruus. & facit infra de leg. j. l. quæſitum. §. j. Hug.

n *Non debet.* venditor.

o *Non totum.* de ſubtilitate iuris.

p ID *eſt.* nam videtur voluiſſe teſtator venditorem habere debere partem dimidiam ſerui, cum eum inſtituerit pro dimidia. Hug.

q *Hereditatis.* totius. cum enim fuit inſtitutus ſeruus pro dimidia, & medietas ſerui remanſura eſt penes venditorem: ergo medietas illius dimidiæ, & ſic alia ſit emptori reſtituenda, quæ eſt quarta totius hereditatis. H. & econtra quia coheres non erat niſi in dimidia: non poterat habere niſi medietatem ſerui, & mediam inſtitutionis ſerui, quæ erat quarta totius: ſed tamen ſtatim corrigit.

r *Notat.* id eſt reprehendit ita, imò &c.

ſ *Is traditus eſſet.* & ſic apparet corrigi quod dictũ erat ſupra eo. l. proxi. in fi. planè non totum &c. & facit. ſ. de act. empt. & vend. l.

Iulianus. §. ſi quid ſeruo. Sed cur non habet aliquid venditor, cum A teſtator ſciebat ſeruum eſſe venditoris? Reſpon. contemplatione ſerui inſtituit in dubio: vt C. de vſufru. lega. l. fi. & §. j. de leg. præſt. l. iij. §. j. Item quo modo coheres petit vltra quàm ſit heres: vt. C. de rei vindi. l. res alienas? Reſpon. quod teſtator videtur eum voluiſſe habere totum, cui & partem dedit: vt arg. §. de condi. & demon. l. ſi quis eum quem. perinde enim habetur ac ſi emptor proprium ſeruum inſtituiſſet ſine libertate: & ſic hereditas tota & ſeruus dabitur heredi emptoris.

Iuliani Marcellus notat: ^r imò & id debet præſtari quod conſequi venditor nõ potuiſſet, ſi prius quàm adiret ſeruus partem hereditatis, is traditus eſſet. ^ſ quod eſt verum.

Propter repugnantiam iuris communis admittitur cõcurſus inſtituti & ſubſtituti. Bartolus.

XL. IVLIANVS *libro trigenſimo Digeſtorum.*

SI paterfamilias Titium quem ingenuum ^t eſſe credebat, ^u heredem ſcripſerit: eiq́; ſi heres non eſſet, Sempronium ^x † ſubſtituerit: deinde Titius, quia ſeruus fuerat, iuſſu domini adierit hereditatem, poteſt dici Sempronium in partem ^y hereditatis admitti. Nam qui ſcit ^z aliquem ſeruum eſſe, & eum heredem ſcribit, & ita ſubſtituit. ^a *Si Stichus heres non erit, Sempronius heres eſto*: intelligitur tale quid dicere: Si Stichus neque ipſe heres ^b erit, neque alium ^c fecerit. At qui eum quem liberum putat eſſe, ^d heredem ſcripſerit, hoc ſermone, *Si heres non erit*: ^e nihil aliud intellegitur ſignificare, quã ſi hereditatem vel ſibi adquiſierit, vel mutata ^f conditione alium ^g heredem non fecerit. quæ adiectio ad eos pertinet qui patresfamilias heredes ſcripti, poſtea in ſeruitutem deducti fuerint. Igitur in hoc caſu ^h ſemiſſes fient: ita vt alter ſemis inter eum qui dominus inſtituti heredis fuerit, & ſubſtitutum,

ſar in perſona Parthenij ſui ſerui: qui Parthenius fuit inſtitutus à quodam credente eum eſſe liberum: & ſubſtituit ei quendam alium ſi heres non eſſet. ſecus autem ſi inſtituiſſem dictum Titium ſeruum Mæuij ſciens eum eſſe ſeruum, tali modo vt dictum eſt. nã tunc nihil habebit ſubſtitutus: quia intelligitur ſubſtitutus in eum caſum quo dictus Titius non eſſet heres, nec alium heredẽ fecerit. fecit autẽ dominum ſuum. ſi autẽ dictus Titius quem dicto modo inſtitui, erat liber, & ego putabam eum liberum, ita demũ habebit E ſubſtitutus hereditatẽ, ſi ipſe inſtitutus non erit per ſe heres, nec alium heredem fecerit in ſeruitutem poſtea redactus. Viuianus.

SI *paterfamilias.*] CASVS. in hac. le. cum ſequen. eſt talis: Titium ſeruum Mæuij, quem liberum eſſe credebam, mihi heredẽ inſtitui: & ſi heres non eſſet dictus Titius, ſubſtitui ei Sempronium. dictus Titius ſeruus adiuit hereditatẽ meam iuſſu domini ſui, & ita non fuit heres Titius mihi: ſed dominus ſuus per eum. nunquid habebit ſubſtitutus hereditatẽ? Et videtur ꝙ ſic: quia ſeruus nõ fuit mihi heres. Econtra videtur ꝙ non: quia ego videor velle habere ſub ſtitutũ hereditatẽ meã ſi Titius ſeruus Mæuij non erit heres, neque alium fecerit heredẽ. fecit autẽ dominũ ſuum heredem. ergo videtur quòd ſubſtitutus nihil habere debeat. iudicatur tamen hîc ꝙ Sempronius ſubſtitutus in partem hereditatis debet admitti. ſ. quartam: vt in fin. l. duo enim ſemiſſes debent de hereditate fieri. & intelligo quòd vnum integrum ſemiſſem debeat habere dictus Mæuius domi nus ſerui, & alium cum ſubſtituto diuidere. Et hoc iudicauit Titus Cæ-

† Alciat. li. 1. c. 2. diſp. per perã ꝓpria auctoritate addit verbũ coheredem cõtra fidem omnis ſcripturæ.

Pro his verbis, Alter ſemis, putat Cuiac. Iulia. ſcripſiſſe As, & Tribon. pro notis illas duas literas perperã accepiſſe, ꝙ aliquando mihi ꝓbatũ tandẽ viſum eſt improbabile, vt ſcripſi ad Inſtit. tit. de vulga. & pupil.

t *Ingenuum.* idem eſſet & ſi libertum.

u *Credebat.* forſan. nos enim ignoramus quid ipſe crediderit.

x *Sempronium.* ſubſtitutum.

y *In partem.* quartam: vt in fi. l. dices.

z *Qui ſcit.* ergo & eſt ſeruus.

a *Et ita ſubſtituit.* id eſt his verbis.

b *Heres erit.* liber puta de nouo factus.

c *Neque alium.* cuius eſt iuri ſubiectus per arrogationem vel per ſeruitutem.

d *Putat eſſe.* vulgo deeſt eſſe.

e *Non erit.* ſubaudi, talem ſubſtituo. Accurſius.

f *Mutata.* de libertate in ſeruitutem.

g *Alium.* puta dominum ſuum.

h *Igitur in hoc caſu.* ſcilicet primo caſu huius legis. Dimidiatur.

in hac l. ait donelus duos heredes [illegible] [illegible] hic rumpe. et sempronius [illegible] coheredes nam ait Alciatus affirmare se in antiquo C. [illegible] [illegible] et sempronius coheredes ei substituit [illegible] [illegible] [illegible]

a Diuidatur.* ſed quid fiet de alio ſemiſſe? Reſp. dominus inſtituti habet præcipuum inſpecta potius veritate quam opinione: licet quidã contra.& eſt etiam pro hoc.j.l.proxi. quia veriſimile eſt quod imperator ſibi præcipuum acceperit. Sed videtur diſtingui. aut voluit alium fieri heredem ſi appareret ſeruus: & tunc ſubſtitutus in totum repellitur ſi paruerit domino in adeundo. aut noluit: & tunc in totum admittitur: vt. C. eod.l. cum proponas. quæ eſt contra. Sol. ibi erat certum quid voluit per verba, ſi non erit heres, ſignare. hîc contra. nam dubitabatur, an teſtator crediderit liberum. Item ſi crediderit liberũ, dubitatur quid volebat per prædicta verba ſignificari, ſi heres non erit. & diſtingue vt inſtit. de vulga. ſubſtit. §. fina. & facit ſupra de euic.l. ſed & ſi ſtipulatio. §.j. &.j. de acquir. here.l. vij. & C. de iure delib.l. cum aliquis. Accurſius.

* Hãc altercationẽ pulchrè tollit Theophilus in Græcis inſtitutionibus in fine titu. de vulg. ſubſtitutiõe. hereditatẽ enim ex æquo inter inſtitutũ & ſubſtitutũ diuidendã cẽſet.

* Theophil. titu. de vul. legit Pius. Alcia. lib. I. Diſpũ. Tit°. Vide quæ in eam rẽ ſcripſit Viglius in cõment. ad §. fi. de vulg. ſubſti. inſti. lib. 2.

† ergo hic eſt alius ab auctore huius legis.

æquis portionibus diuidatur.[a]

XLI. POMPONIVS *libro duodecimo ex variis lectionibus.*

ET hoc Tiberius * [b] Cæſar conſtituit in perſona Parthenij: qui tãquam ingenuus heres ſcriptus adierat hereditatẽ, cum eſſet Cæſaris ſeruus. Nam diuiſa hereditas eſt inter Tiberium & eum qui Parthenio ſubſtitutus erat, vt refert Sextus Põponius. †

Defectus extrinſecus ſi tempore aperturæ tabularum ceſſat, teſtamentum recõualeſcit. Bartol.

XLII. IVLIANVS *libro ſexageſimoquarto Digeſtorum.*

QVi ſoluendo non erat, duos Appollonios [c] liberos hereděſque eſſe iuſſerat. Altero ante apertas [d] tabulas teſtamenti mortuo, non ineleganter defendi poterit, eum qui ſupererit, liberum & ſolum neceſſarium heredem [e] fore. [f] Quod ſi vterque viuit: inſtitutionem nullius eſſe momenti propter legem Aeliam Sentiam, quæ amplius quàm vnum neceſſarium heredem fieri vetat.

XLIII. PAVLVS *libro primo ad legem Æliam Sentiam.*

INuicem [g] enim eos ſibi obſtare.

Ex facto alterius alius exheredari non debet. Bartolus.

XLIIII. ALFENVS *libro quinto Digeſtorum.*

b ET *hoc Titius*. inſtit. de vul. ſub. in fin. dicitur Tiberius: & ſic binomius. Sed opponitur, ſi teſtator credidit liberum: ergo ſubſtitutio ei facta intelligitur facta vt libero: ergo dominus nihil habet, ſed ſubſtitutus totum. Reſpon. opinioni teſtantis eſt veritas cõtraria: quia eſt ſeruus: quæ præualet cum ignoramus certitudinem voluntatis. nam poteſt eſſe quod licèt liberum putabat, tamen voluit ſi quo caſu detegeretur eius cõditio, & ſeruus appareret, quòd dominus haberet: ſed latebat hîc quid voluerit.

QVi *ſoluendo*.] CASVS. Lex Ælia Sentia permittit quòd ille qui non eſt ſoluendo creditoribus ſuis, poſſit ſibi inſtituere vnum ſeruum ſuum heredem neceſſarium: & non plus. pone ergo quòd Titius non ſoluendo exiſtens inſtituit ſibi ſeruos ſuos heredes duos cum libertate: quorũ ſeruorum quilibet vocabatur Apollonius. certè ſi vnus ſeruorũ eorum deceſſit ante apertas tabu. teſtamẽti dicti Titij, alter erit heres neceſſarius. ſi autẽ vterq; viuat, non erit aliquis eorum heres: quia vnus obſtat alteri, & econtra. non enim apparet quis primò inſtitutus fuerit: quia ille ſolus heres eſſet. & hoc dicit cum.l.ſeq. Viuianus.

c *Apollonios*. ſecus ſi diuerſorum nominum eſſent. Ro. quia tunc primò nominatus: niſi in caſu: vt.j.eo.l. qui ſoluendo. &.j. qui & à qui.l.ſi quis heres. Accurſius.

d *Ante apertas*. hoc ideo dicit, quia ſecundum hæc iura non cedebat dies hereditatis vt poſſet adiri niſi ante aperturas tabularum etiam inſtituto pro parte herede: ſed hodie ſtatim à morte teſtatoris: vt. C. de cadu. tol.l.j.§.j. &.§. in nouiſſimo. & ideo quia diſtinguitur ante apertas tabulas, vel poſtea: dices hodie ante mortẽ teſtatoris vel poſtea. & hoc maximè in neceſſario qui protinus poſt mortem eius eſt heres: vt inſti. de here. quali. & dif. in princ.

e *Heredem*. Not. quod non valet, poſtea confirmatur [a] contra regulam Catonianam.

f *Fore*. imò videtur nullus: vt.j. de re. du.l. ſi fuerit. contra. Sol. hic apparet quis ſit heres altero mortuo, ibi non quis legatarius. Item hîc teſtator vtrumque voluit eſſe heredem: ibi alterum tantùm habere legatum. & facit inſti. qui ma. non poſ.§.j. &. C. de neceſ. ſer.l.j. &.j. de mi. teſt.l. in fraudem. &.j. eo.l. in tẽpus.§.j. &.j. de ma. teſta.l. cum ex pluribus. &.ſ. de teſta. tute.l. duo. &.ſ. de vſufruc.l. quoties. &.j. de leg.j. ſi quis legauerit. Item not. quod non valet, A poſtea confirmatur, contra regulam Catonianam. ſed illa in legatis, hæc in hereditate.

a] Inualidũ poſtea quãdoque validatur: ſic etiam validũ quandoque p inualidum vitiatur. de quo not. B. 10. caſus in. l. certi condictio. §. quoniam. in. 3. no. ſ. ſi certum peta.

ff. Infort.

g INuicem. cum non appareat quis prior, quis poſterior nominetur: vt.j.eo.l. qui ſoluendo. Accurſius.

PAterfamilias teſtamẽto duos heredes inſtituerat: eos monumentum [h] facere iuſſerat in diebus certis: deinde ita ſcripſerat: *Qui eorũ* [i] *non ita fecerit, omnes exheredes ſunto*. alter heres hereditatem prætermiſerat: reliquus heres conſulebat, cum ipſe monumentũ extruxiſſet, * nunquid B minus heres eſſet ob eam rem quòd coheres eius hereditatem non adiſſet. Reſpõdit neminem [k] ex alterius facto hereditati neque alligari, neque exheredari poſſe: [l] ſed vti quiſque conditionem impleſſet, quamuis nemo adiſſet: [m] præterea, tamen eum heredem eſſe.[n]

* inſtruxiſſet

Conditio quæ de preterito fuit impoſſibilis, reiicitur. Bartolus.

XLV. IDEM *libro ſecundo Digeſtorũ à Paulo Epitomatorum.*

C SI *Mæuia mater mea, & Fuluia filia mea viuent*, [o] *tum mihi Lucius Titius heres eſto*. Seruius reſpondit, ſi teſtator filiam nunquã habuerit, mater autem ſuperuixiſſet: tamen Titium heredem fore: quia id quod impoſſibile [p] in teſtamento ſcriptum [q] eſſet, nullam vim [r] haberet.[ſ]

Ex teſtamento non poteſt conueniri qui à defuncto grauatus non probatur: ſed conuenietur ex mãdato quod ſuſcepiſſe probatur. Bartolus.

D

XLVI. AFRICANVS *libro ſecundo Quæſtionum.*

LIber homo.] CASVS. Seius liber homo ſeruiebat tibi Titio, & ipſe credebat ſe eſſe ſeruum, cum non eſſet: & tu ſimiliter credebas. Gaius inſtituit ſibi heredem dictum Seium: & tu Titius iuſſiſti ei vt adiret hereditatem: & ipſe adiit. certè quamuis credens ſe ſeruum adiuerit, vt dictum eſt: tamen heres pro ſe eſt, & nõ pro te Titio qui eũ bona fide poſſides. & hoc ſi gerebat in animo ſuo vt hereditati obligari vellet ſi aliquo modo appareret eum liberũ eſſe. ſi autem hoc in animo non gerebat, ſed ſola neceſſitate tui iuſſus adiuit, non heres erit pro ſe, ſed tibi bonæ fi. poſſeſſori hereditatem adiret. [SI QVIS ITA.] Seius erat ſocius Titij in ſalinis publicis, quas à republi. conduxerant, ita quòd Titius habebat ibi quartam partem: qui Seius fecit teſta. & ita in eo dixit: Titius qua ex parte mihi ſocius eſt in vectigali ſalinarum, ſit mihi heres pro ea parte. & poſtea deceſſit dictus Seius. certè ſiue inſtituerat dictus Seius aliquos alios heredes in toto aſſe hereditatis ſuæ antequam dictam inſtitutionem Titij faceret, ſiue non in toto aſſe, ſed in parte hereditatis: ſemper erit Titius heres dicti Seij pro quarta parte hereditatis Seij, ſicut pro quarta parte ſalinarum erat ſocius, diſtinctione illorum reprobata qui dicebant, ſi Seius inſtituerat alios in toto aſſe, Titium prædictum non eſſe in aliqua parte heredem. ſi autem aliqua pars aſſis vacua relicta fuit ab inſtitutione primorum, ex ea vacua parte dictum Titium heredem eſſe. [TITIVS HERES.] Ita dixi in teſtamento meo: Titius heres eſto. Seius & Mæuius heredes ſunto. & poſtea deceſſi. certè in hereditate mea habebit Titius vnum ſemiſſem, & Seius & Mæuius alium ſemiſſem. [CVM QVIS.] Inſtitui mihi heredem Titium in tribus vnciis: & Seium & Gaium in tribus: & Sẽpronium in ſex vnciis: & deceſſi: & poſtea Titius nõ adiuit. certè accreſcit ſua pars ita bene Sempronio ſicut Seio & Gaio: & accreſcit pręd ictis pro portionibus hereditariis. & idem eſt ſi dictus Gaius non erat principaliter inſtitutus, ſed ſubſtitutus alicui heredum, & heres eius ex ſubſtitutione: quia ſemper habebit ſuam partem de parte Titij repudiantis. [SI HERES.] Titium ciuem Romanum & capacem exiſtentem inſtitui mihi heredem. poſt teſtamẽtum autem meum fuit ei aqua & igni interdictum: & ita effectus fuit non capax: & poſtea rediit in ciuitatem, & ita fuit effectus capax: & poſtea ego deceſſi. certè erit mihi heres: quia medium tempus inter teſtamentum meum & mortem meam non nocet. & idem eſt ſi eum inſtitui ſub cõditione, & tẽpore exiſtentis conditionis inuenitur eſſe capax. nã habebit hereditatẽ meã de iure ciuili. & ſi vellet petere bonorũ poſſeſſ. de iure prætorio, poſſet. ſed & ſi ei legaſſem equum meum, & nõ inſtituiſſem eum, & eadẽ accidiſſent in eius perſona: equum petere poſſet. [TITIVS EX SEMISSE.] Ita dixi in teſtamẽto meo: Titius ex ſemiſſe heres eſto: Seius ex quadrante, i. tribus vnciis heres eſto. & dictus Titius ſi in capitoliũ aſcenderit, ex alio quadrãte heres eſto. ita diuiſi totam hereditatẽ inter eos. certè antequã Titius capitoliũ aſcẽdat, ſi vult pro herede gerere, non poteſt habere niſi ſemiſſem in quo inſtitutus fuit purè. poſtquã autem aſcenderit
D capitolium, nõ ſolũ ex ſemiſſe prædicto erit heres, ſed etiã ex quadrante in quo fuit inſtitutus ſub dicta conditione: & nõ habet neceſſe gerere pro herede quantum ad dictum quadrãtem, cum iam ſit heres propter ſemiſſem. [SI ITA SCRIPTVM.] Ita dixi in teſtamento meo. Titius ex parte tertia & ex. iiij. vnciis ſit mihi heres: Mæuius ex parte tertia ſit mihi heres: & prædictus Titius ex reliqua parte, id eſt ex. iiij. vnciis ſit mihi heres, ſi intra tertias kalẽdas nauis ex Aſia venerit. eſt ergo Titius à me inſtitutus in. iiij. vnciis purè, & in quatuor ſub conditione: & Mæuius in. iiij. vnciis purè. ſi ergo exiſtat cõditio intra dictas kalendas, erit Titius heres ex beſſe, id eſt ex octo vnciis. ſi autẽ nõ exiſtat, erit heres in. iiij. vnciis in quibus fuit inſtitutus purè: & coheres ſuus in aliis quatuor: & quatuor vncias in quibus fuit inſtitutus ſub conditione Titius, diuidet per medium. antequam igitur certum ſit vtrum cõditio exiſtat vel deficiat, habebit Titius. iiij. & duas vncias, & ita ſex, & co-
E heres ſuus. iiij. & duæ ſuperfluæ erunt in pendẽti donec exiſtat vel deficiat conditio. & ſi quidem exiſtat conditio, habebit eas Titius. ſi autem deficiat, habebit eas coheres ſuus iure accreſcendi. Sed quid ſi dictus Titius deceſſit antequam dicta conditio exiſtat, & poſtea conditio extiterit? Certè dictus ſextans, id eſt duæ vnciæ nihilominus accreſcent dicto Mæuio coheredi Titij, & non habebit eas heres Titij. nam cum adhuc pendente conditione dubium eſſet Titio an Mæuio is ſextans datus eſſet: Titius deceſſit. nec poteſt intelligi datus ei heredi Titij qui tempore dandi in rerum natura non fuerit. [SI ATTIVS TITIVM.] dic vt infra in gloſ. Accur. Viuianus.

NEmo dubitat rectè ita heredem nuncupari poſſe. *Hic mihi heres eſto.* cum ſit corã [d] qui oſtenditur. Qui frater non eſt, † ſi fraterna charitate diligitur: rectè cum nomine ſuo ſub appellatione fratris heres inſtituitur. [e]

† Iuxta hoc eſt ſententia Salomonis Prouerbio. cap. 18. Vir amicabilis ad ſocietatẽ magis amicus erit q̃ frater. & Xenophon. lib. 1. ἀπομνημ.

B Si liber homo adiit vt ſeruus iuſſu alterius, non valet aditio. Bartolus.

LIX. CELSVS *libro ſextodecimo Digeſtorum.*

LIber homo cum tibi ſeruiret, heres inſtitutus iuſſu tuo adiit. Trebatius, eſſe eum heredem: Labeo tunc non eſſe heredem, ſi neceſſitate id fecerit, [f] non quòd [g] alioquin [h] vellet obligari.

C Poteſt relinqui portio hereditatis per reſpectum ad portionẽ alterius rei. Bartolus.

f *Fecerit.* ideo ſubaudi.

g *Quòd.* id eſt quia.

h *Alioquin.* id eſt aliàs, & facit infra de acqui. here. l. aditio. & l. vj. & .l. qui putat. §. j. & .l. qui aliena. §. j. & §. fi. & de acquir. rerum domi l. liber homo. & dic vt plenè not. inſti. per quas perſo. no. ac.

no.at.§.idem placet.in glo.Io.ingratus nulli.Accurſius.

a *Deſcripto*. id eſt, adſignato aliis heredibus.

b *Maximè*. quaſi dicat, etiã ſi maximè,&c.& eſt pro eis, quia fortè longè maior quantitas eſt in ſocietate.ſed certè non ad quantitatẽ, ſed ad quotitatem ſe refert: & ſic tenet. C. de pactis conuen. l. ex morte.

c *Pars*. ſcilicet aſſis.

d *Duobus datur*. vt & ſ. eod.l. Titius.&.l.interdum.ij.reſpon.&.l.Lucius. & de verbo.ſigni. l.triplici.Sed contra infra de leg.ij.l.Lucius. §. Lucius. Sol. geminatio verborum a iſtorum, heres eſto: vel repetitio quæ ſic hîc fit, tollit cõtra. Item contra.C.de impub. &. ali.ſubſti.l.ſi. j.reſpon.Sol.illa ſecundum iſtam intelligitur: vt ibi nota.

* Vul. adiectũ. in Fl. vt ait Taurel. id ad edictum.at in meis manu. eſt,id adiectũ ſit.in vno autẽ legi,id additum ſit,nõ malè.

a] Quid operetur geminatio, & quos effect⁹ pariat,not. doct.& maxime Feli. in.c.ſi quã do.col.12 ver.reſcripti geminatio.extra de reſcrip.& in ca.ſi cautio. extra de fide inſtru.

† Sic Flor.& in omnibus manuſ. rectè.perperã in quibuſdã detrahitur negatio.

e *Cum aliquo*. ſi enim cũ aliquo coniũctus eſſet, ei ſoli adcreſceret: vt C. de caducis tollen. §. his ita. &. §. ſin autẽ ex iis qui.&.j.eod. l. heredes. & de leg. ij.l.re cõiũcti. & facit. j. de legat.ij.l. Mæuio.in prin. & ſuprà eod.l.itẽ quod Sabinus.§.j.

f *Subſtitutus*. non dicas ſubſtitutum cũ inſtituto vocari: ſed ſi plures ſint ſubſtituti, & vnius pars deficit, adcreſcit aliis ſubſtitutis ſecũ prædicto modo.

g *Scribendi*. ſecus ſi ſit nũcupatiuum: quia nõ curatur tẽpus teſtamẽti ſecundum quoſdam: quod non placet.

h *ciuis Romanus*. cui ſoli legari poteſt: vt.j.ad leg.Fal.l.j.

i *Et igni*. cuius loco eſt deportatio: vt.j.ad leg. Iul.pec.l.iij.

k *Redierit*. in ciuitatẽ.

l *Heres inſtitutus*. ſub.redierit in ciuitatem eo tempore quo,&c.H.

m *In legatis*. verum in legatis tantùm inſpici vnũ tempus debet, non vt in heredibus tria: vt no. ſupra eo.l.ſi alienũ. §.j. & facit ſupra eod.l. ſeruũ. &.j.tit.j.l.ſi q. & de ma.teſta.l.Ariſto.

n *Ex ſemiſſe*. & etiã ex eã parte quadrantis quæ cum tanget etiam conditione deficiente: vt.ſ.eo.l.ſi quis ita ſcripſerit.&.j.proxi.§.

o *Etiam ex quadrante*. toto.vel dic reſiduæ partis quadrãtis ſine vlla aditione: vt hîc,&.ſ.eo.ſi te ſolum.&.j.de ſecun.tab.l.ij.§.ſi duo. Sed cõtra.j.de acquiren.heredi.l.ſi ſolus.Solu.non ob.quia verum eſt quòd ſtatim adeundo vnam, acquiro alteram ſi iam delata eſt. ſi verò nondum delata, acquiram eam cum defertur: nec erit opus noua aditione: vt ibi.

p *Titius*. de quo primò dictum eſt, qui fuit inſtitutus ex ſemiſſe.

q *Aut ex ſemiſſe*. ſi conditio deficiat.

r *Ex beſſe*. ſi extat conditio.

ſ *Sextans*. id eſt, duæ vnciæ.

t *In pendenti*. conuenitur tamen interim pendente cõditione quilibet eorum ac ſi nihil in pendenti eſſet: vt.j. ad leg.Fal.l.qui fundum.§.ſi tu.& dic quòd alterius ſextantis ſtatim eſt heres Titius: vt hîc dicitur. Sed oppo.non extitit conditio: ergo non habet iure in-

Si quis ita heredem inſtituerit: *Titius qua ex parte mihi ſocius eſt in vectigali ſalinarum, pro ea parte mihi heres eſto*: quidam putãt, ſi aſſe deſcripto a id adiectum * ſit: vt maximè b ſocius fuerit Titius, nõ eſſe heredẽ: ſed ſiqua pars c vacua relicta fuerit, ex ea heredem eſſe. quod totum & ineptum & vitioſum eſt. quid enim vetat, aſſe deſcripto vtiliter Titiũ ex parte fortè quarta, ex qua ſocius erat, heredem inſtitutum eſſe?

Duo coniuncti habent vnum ſemiſſem: vnus diſiunctus habet alium. Bartolus.

*Titius heres eſto: Seius & Mæuius heredes ſunto.* Verũ eſt, quod Proculo placet, duos ſemiſſes eſſe, quorum alter coniunctim duobus datur. d

Portio deficiens eius qui nemini erat coniunctus, accreſcit omnibus. Bartolus.

Cũ quis ex inſtitutis qui nõ † cũ aliquo e cõiũctim inſtitutus ſit, heres nõ eſt: pars eius omnibus ꝓ portionib⁹ hereditariis adcreſcit: neq; refert, primo loco quis inſtitut⁹, an alicui ſubſtitut⁹ f heres ſit.

Media tempora non nocent. Bartolus.

Si heres inſtitut⁹ ſcribẽdi g teſtamẽti tẽpore ciuis Romanus h fuit, deĩde ei aqua & igni i interdictũ eſt, heres fit ſi intra illud tẽpus quo teſtator deceſſit, redierit: k aut ſi ſub conditione heres inſtitutus l eſt, quo tempore cõditio exiſtit. Idem & in legatis m & in bonorum poſſeſſionibus.

Inſtitut⁹ ex parte purè, & ex pte ſub cõditione: ſi habet coheredẽ, adeundo ex pura, pro parte cõditionalis inſtitutionis eſt heres cõditione pendente. ſed ea exiſtente, in totũ ſine noua aditione: & decedens interim non tranſmittit. hoc dicit cum.§.ſequen.Bar.

*Titius ex ſemiſſe heres eſto: Seius ex quadrante heres eſto: Titius ſi in capitoliũ aſcenderit, ex alio quadrante heres eſto.* Antequã capitoliũ aſcendat, ſi pro herede gerat, ex ſemiſſe n heres erit: ſi capitoliũ aſcẽderit, B & ex quadrante o heres erit: nec erit ei neceſſe ꝓ herede gerere, quippe iã heredi. Si ita ſcriptũ fuerit, *Titius* p *ex parte tertia, Mæuius ex parte tertia heredes ſunto: Titius, ſi intra tertias calendas nauis ex Aſia venerit, ex reliquã parte heredes eſto*: videam⁹, ne Titius ſtatim ex ſemiſſe heres ſit. nã duo heredes inſtituti ſunt, ſed Titius aut ex ſemiſſe, q aut ex beſſe. r ita ſextãs ſ vtique erit in pendẽti. t & ſi cõditio extiterit, ex beſſe heres erit. C ſi non extiterit, ille ſextans u Mæuio adcreſcet. Sed ſi deceſſerit Titius antequam conditio exiſtat, deinde conditio extiterit: tamen ille ſextãs non Titij heredi, x ſed Mæuio adcreſcet. Nam cum adhuc dubiũ eſſet, Titio, an Mæuio is ſextans datus eſſet, Titius deceſſit, nec poteſt intellegi datus ei qui tempore dandi in rerum natura non fuit.

Qui adit hereditatẽ heredis defuncti ex parte, ſi ſuam propriam D inſtitutionẽ omittit, eius portio ꝓ parte ſibi adcreſcit ſi habet coheredem: alias inſolidum. Barto.

Si Attius y Titium & Meuiũ & Seium ęquis partibus heredes inſtituit, Titi⁹ z interim ſol⁹ adiit a hereditatem, & Seium b heredẽ inſtituit: poterit Seius Titij c adire d hereditatem, Attij vel adire vel omittere: ſed Attio ante quàm adeat vel omittat eius e hereditatem, ex ſemiſſe f heres erit. ſi

ſtitutionis. Item nec iure adcreſcendi: quia non deficit pars ſocij: vt. A ȷ. de acquiren.here.l.ſi ſolus. Reſpon.non videtur ſub conditione relictus, cum in omnem euentum ſit habiturus: vt.ſ.eo.l.ſi quis ita. &.ſ.proxi.§.alterius autem ſextantis non eſt heres, quia fortè conditio deficit. Accurſius.

u *Sextãs*. id eſt, illę duę vnciæ.

x *Non Titij heredi*. ad quod. C. de cad. tol. §. ſin autem ſub cõditione. Sed contra.ȷ.de acquir.here.l.qui ex duabus.Sol.ibi non habuit coheredẽ: licèt Ro. ibi gloſſauerit contrarium: ſed malè, vt no. ibi per l.præcedentem.

y *Si Attius*. Continet duos caſus. Primus eſt talis: Pone, Attius Titium, Seium & Mæuiũ inſtituit heredes ex æquis partibus. duobus deliberantibus Titius tantùm pro ſua parte adiuit hereditatem Attij: deinde condidit ſuũ teſtamẽtum, & Seium ex aſſe ſibi heredem inſtituit. modò quæritur an Seius poſſit adire hereditatẽ Titij, & omittere hereditatem Attij? Reſpond. quòd ſic, ſed interim erit heres ipſi Attio ex ſemiſſe. Sed quid erit ſi Seius adeat hereditatem Attij? Reſpon. quòd tũc ex perſona Titij erit heres Attij ex triente: & ex ſua ex alio triente: & ſic habebit beſſem. Secundus eſt talis: Pone, Attius tãtùm inſtituit Titium & Seium. poſtea ſolus Titius adiuit hereditatem Attij, & Seium inſtituit: qui Titio extitit heres. modò quæritur, an Seius poſſit omittere hereditatem Attij: an neceſſariò illi Attio ex aſſe heres erit? Reſpond. quòd ille eſt heres, cum ipſe ſolus eſt heres Titij qui pro parte adiuit hereditatem Attij: & ſic ſolus per Titiũ eſt heres Attij pro parte. ſi igitur non adeat ex perſona ſua, tunc cum totam hereditatẽ Titius adiuit,

Caſum ponit dupliciter.

E partem quam omiſit ex ſua perſona, ex perſona Titij habebit. & ſic idem eſt ac ſi per Titium ipſe ſolus fuiſſet heres inſtitutus. ſecus autem ſi non eſſent tantùm duo inſtituti ab Attio: vt in princi.§.dicitur. Accurſius.

y *Si Attius*. in primo caſu ſunt tres, in ſecundo duo heredes.

z *Titius*. primus heres.

a *Adiit hereditatem*. pro parte ſua ſcilicet tertia.

b *Seium*. ſcilicet coheredem ſuum.

c *Titij*. ſui coheredis à quo fuit inſtitutus.

d *Hereditatem adire*. ſuo proprio nomine. Ro. Vel adire pro ſua parte quæ eſt tertia.

e *Eius*. Attij.

f *Ex ſemiſſe*. id eſt, medietate hereditatis. trientem enim habet ex ſua inſtitutione: medietatem trientis Titij habet iure adcreſcendi ſi eius hereditatem non adiit. alius medius triens eſt in ſuſpenſo. & dic ex ſemiſſe, ſcilicet interim. & hoc ex perſona Titij. nam etſi



UNED

repudiat ex ſua perſona, tamen ex ſemiſſe heres erit.

a *Heres erit*. id eſt fuiſſe dicendus eſt.
b *Triens*. hereditatis pone Titij.
c *Habebit*. ſcilicet Seius.
d *Seius*. dumtaxat.ſ.hi duo. & ſubaudi,& Titius &c.
e *Titio*. teſtatore.
f *Hereditatem*. Attij.
g *Ei*. Attio.

adierit Seius Attij hereditatem, Titius ex triente dumtaxat heres erit:[a] & per hereditatem Titij triens[b] dumtaxat ad Seium perueniet: alterum trientem ex ſua inſtitutiōe habebit.[c] Quid ergo ſi ab Attio Titius & Seius[d] heredes inſtituti ſint, Titius adierit hereditatem, Titio[e] Seius heres extiterit? poteſt ne Attij hereditatem[f] omittere? an neceſſariò ei[g] ex aſſe[h] heres eſt? Quippe cum alius nemo heres inſtitutus eſt, quàm is ipſe[i] qui ex aliqua parte iam heres eſt,[k] perinde eſt quaſi vnus heres[l] per Titium* inſtitutus ſit.[m]

Seruus primo loco inſtitutus ab eo qui non eſt ſoluendo, eſt heres neceſſarius. Bartol.

**LX. Celsvs** *libro vicenſimonono Digeſtorum.*

C Qvi ſoluendo non erat, ſeruum primo loco, & alterū ſeruum ſecundo loco[n] heredes ſcripſit. Solus is qui primo[o] loco ſcriptus eſt, hereditatem capit.[p] Nam lege Ælia Sentia ita cauetur, vt ſi duo pluréſve ex eadem cauſa heredes ſcripti ſint: vti quiſque primus ſcriptus ſit, heres ſit.

Verba enuntiatiua quæ erant in actu odioſo, diſpoſitionem inducunt. Bartolus.

**LXI. Modestinvs** *libro octauo Reſponſorum.*

D Qvi volebat filiam exheredare,[q] ſic teſtamento comprehendit, *Te autem filia ideo exheredaui, quoniam contentam te eſſe dote volui*. Quæro an efficaciter exheredata ſit. Modeſtinus reſpondit, nihil proponi cur non eſſet voluntate[r] teſtatoris exheredata.

h *Ex aſſe heres eſt*.& certè ex aſſe heres eſt ſaltē per Titiū cui ſuccedit: vt.C. de cadu.tol.l.j.§.his ita.&.j.titu.j.l. ſed ſi plures.§.ij. &.C. de iur. delib.l.quidam.& in authent.de here.& Fal.§.j. colla.j.
i *Quamuis ipſe*. ſcilicet Seius.
k *Heres eſt*. Attio per medium Titium.
l *Heres*.cū nō vult eſſe heres ex teſtamētoAttij.
m *Inſtitutus ſit*. ſcilicet ab initio, quoniam heres heredis &c. vt.j. de verb. ſigni.l. ſciendum. &.C.de vſufruc.l. antiquitas. Sed certè imò videtur partē hereditatis Attij eum directò habere: aliam per obliquum per mediū Titium:vt.s. eo.l.quoties.§.ſi quis primum cōtra. ſed ibi voluit ſic habere: hîc noluit habere vt ex teſtamento Attij.

* ſSunt qui emēdāt, per Attium.

Qvi ſoluendo.] Casvs. Titius non exiſtens ſoluēdo creditoribus ſuis,inſtituit ſibi heredemStichum ſeruū ſuum: & poſtea Pāphilum. certè Stichus erit heres.nā lege Ælia Sentia ita cauetur, vt ſi duo pluréſve ex eadē cauſa heredes ſcripti ſunt, vti quiſq; primus ſcriptus ſit,heres ſit. Stichus autem primò fuit hîc ſcriptus. Viuianus.

Vlpi.fragm. ti.1.§.ab eo.

n *ſecundo loco*. in ſecūdo gradu tamen.
o *Qui primo*. quaſi maiorem ad eum affectionem habeat: vt hîc, &.j.eo.l.ſi non lex.§.temporibus.& arg.j.de fideicom. lib.l.generaliter.§.quid ergo ſi plures.&.s.de vſufruct.l.quoties. ſed hoc fallit j.qui & à qui.ſi quis heres.&.s.eo.l.ſi is qui ſoluendo. quæ ſunt arg.contra. Item facit.s.eo.l.qui ſoluendo.
p *Capit*. nota ordinem ſcripturæ ſeruandum.

Ordo ſcripturæ ſeruādus eſt.

Qvi volebat.] Casvs. Titius volens filiam ſuam exheredare, ita dixit in teſtamento ſuo: Te autem filia ideo exheredaui, quoniam contentam te eſſe volui dote quam tibi dedi quando nupſiſti. quæritur,vtrum videatur efficaciter exheredata? & videtur quòd non: quia non dixit exheredo te,filia. ſed dixit: te autem filia exheredaui &c? Reſpon. tamen quòd efficaciter exheredata eſt. Viuianus.

q *Exheredare*. videbatur quòd non:quia eam non exheredauerat, licèt dixiſſet, ideo exheredaui. ſed tamen videtur bene exheredata: quia dixit quòd eſſet contenta dote, & ſic eam alienam fecit à ſua hereditate.& hoc eſt etiam exheredare: vt.C. de libe. præte. l.iij. Azo. & facit.s. de rei vindi.l. emptor.§. fi.&.s. ſolu. matri.l. ſi ſocer.§.j.&.j. de ali.lega.l.cum vnus.§.fi.&.j.de dona.l.ex hac. Sed argu.contra.s.eod.l. ex facto. Item nota voluntatem magis quàm verba inſpici.ſic.j.de adi.lega.l.iij.§.conditio. Arg.contra.j.de vſufruct. lega.l.ſi alij. Accurſius.
r *Voluntate*. Nota voluntatem magis quàm verba inſpici.

In tempus.] Casvs. Lucium Titium non capacem inſtitui mihi heredem cum eſſet capax, vel cum capere poterit. vel legaui ei cum legatum capere poterit. certèvalet inſtitutio & legati datio.

A [Qvotiens.] Seius habens plures amicos quorū quilibet nominabatur Titius, inſtituit Titium heredem: & ita non apparet de quo Titio ſenſerit. certè inſtitutio non valet. ſi autem appareat ex aliquibus argumentis de quo Titio ſenſerit teſtator,bene valet. Viuianus.

Poteſt quis inſtitui in tempus quo capere poterit. Bartolus.

**LXII. Idem** *libro ſecundo Pandectarum.*

B IN tempus capiendæ hereditatis inſtitui heredem poſſe, beneuolentiæ eſt: veluti, *Lucius Titius cum capere*[ſ] *potuerit,heres eſto.*[t] Idem & in legato.

Vitiatur inſtitutio propter incertitudinem perſonæ. Bart.

Quotiens[u] non apparet† quis heres inſtitutus ſit,inſtitutio non valet: (quippe euenire poteſt, ſi teſtator complures amicos eodem nomine habeat, & ad deſignationem nominis ſingulari nomine[x] vtatur) niſi ex aliis aperſiſſimis probationibus fuerit reuelatum pro qua perſona teſtator ſenſerit.

Portio coniuncti deficiens adcreſcit coniunctis, diſiuncti omnibus. Bartolus.

**LXIII. Iavolenvs** *libro primo ex Caſſio.*

Eredes ſine partibus vtrum coniunctim, an ſeparatim ſcribantur, hoc intereſt, quòd ſi quis ex coniunctis deceſſit, hoc non ad omnes, ſed ad reliquos D qui coniuncti erant, pertinet.[y] ſin autem ex ſeparatis, ad omnes qui teſtamēto eodem ſcripti ſunt heredes,portio eius pertinet.

ſ *Cum capere*.& ſic licèt non ſit capax teſtamēti tempore: ſi tamen poſteaefficiatur capax,erit heres.ſecus ſi ſimpliciter eū inſtituiſſet: quia non teneret inſtitutio ſi tūc cum inſtituitur nō eſſet capax:vt.s. eo.l.ſi alienū §.j.quæ eſt contra. Item contra.s.eo.l. hereditas. & inſtit.eo.§.heres. Sed ibi ex certo die: hîc ex incerto. Item contra infra de reg. Cato.l.j. Sed hîc teſtator noluit regulam habere locum. & facit infra de legat.ij.l.ſi ita quis teſtamento. & infra tit.j.l. ſi is qui heres.Accurſius.
t *Heres eſto*. Nota heredem poſſe inſtitui cum erit capax: licèt non ſit heres capax tempore teſtamenti.
u *Quotiens*. dic vt no. infra de lega.ij. ſi quis ſeruum.§. ſi inter duos. &.l.ſi quis Titio.§.fin.& facit infra de reb.du.l.ſi fuerit. & facit ſupra eo. l.quotiens.§. ſi heres. & de teſt.tut.l.duo ſunt Titij.& de ma.teſta.l.cū ex pluribus.& de adimen. le.l.iij.§.ſi duobus.& de cōdi.& demō.l.falſa.§.j.
x *Singulari nomine*. veluti Titius amicus ſit mihi heres.nam ſi vtitur plurali nomine, vterq; eſſet heres. Ir. Item ſupra e.l.qui ſoluēdo. contra. Sed ibi vnus ſupereſt. Accurſius.

† Per hunc §. videtur ꝙ ſi papa legat cauſam archidiacono alicuius eccleſiæ non expreſſo nomine aut cognomine,& in eadē eccleſia ſint plures archidiaconi, ꝙ nullus erit iudex: vt in c. quoniam abbas. in gl. ſuper verbo, ſubſtitutum. ibi, ſed pone. extra de offi. deleg.

Heredes.] Casvs. Inſtitui mihi heredes Titium& Seium,& Gaium & Sempronium, & Primum & Secundum, non nominādo certas partes: & ita fuerunt re coniuncti. ita tamen dixi in dicta inſtitutione: Titium & Seium & Gaium inſtituo mihi heredes: Sempronium inſtituo mihi heredem. Primum inſtituo mihi heredem. Secundum inſtituo mihi heredem.& ſic omnes,vt dixi, fuerunt re coniuncti. Titius autem & Seius & Gaius ſoli fuerunt coniuncti verbis.pone ergo quòd Titius deceſſit antequam adiret hereditatem pro ſua parte: qui Titius erat cōiunctus Seio & Gaio re & verbis,vt dictum eſt: aliis autem non niſi re. certè pars ſua E Titij pertinet tantùm ad Seium & Gaium, & nō ad alios.ſi autem decedat Caius vel Sempronius, vel Primus vel Secundus qui verbis alicui coniuncti non erant, portio eius pertinet ad omnes coheredes ſuos. Viuianus.

y *Pertinet*. vt.&.C.de cad.tol.l.j.§.his ita.&.s.eo.l.liber homo.§.cū quis.&.j.de leg.iij.l.re coniuncti. Nec ob.s.eo.item quod Sabinus §.j.quia ibi non fuerunt coniuncti verbis: vt ibi not.

Eius ſeruum.] Casvs. Titius habens Stichum ſeruum ſuum deceſſit relicta vxore ſua prægnante. ego in articulo mortis conſtitutus inſtitui mihi heredem dictum Stichum: qui quidem Stichus erit ſine dubio illius qui naſcetur ex dicta vxore Titij poſt mortem meam.nunquid valet inſtitutio in ſeruo: quia cum inſtituo mihi heredē ſeruum,inſpicitur perſona domini ſerui inſtituti, ad ſciendum vtrū valeat inſtitutio,vel non: vt ſi quidem dominus ſit capax,valeat inſtitutio ſerui:aliàs nō:vt.s.e.l.non minus.hîc aūt Stichus non habebat dominum tēpore mortis:quia nō erat adhuc

natus

natus : vt dictum eſt. Reſpon.tamen quòd valet inſtitutio ad exèmplum ſerui hereditarij qui inſtitui poteſt ante aditam hereditatem : quamuis tempore teſtamenti inſtituentis ipſe ſit nullius. Viuianus.

[a] *Eius ſeruum.* facit inſtitu.eo.§. ſeruus autem alienus. &.ſ.eo.l.nõ minus.§.j. Accurſius.

Poteſt inſtitui ſeruus eius qui poſt mortem teſtatoris naſcetur. Bartolus.

LXIIII. IDEM *libro ſeptimo Epiſtularum.*

EIus ſeruum [a] qui poſt mortẽ meã natus erit, heredem inſtitui poſſe Labeo frequẽter ſcribit : idq; verũ eſſe manifeſto argumento cõprobat : quia ſeruus hereditarius prius quàm adeatur hereditas, inſtitui heres poteſt : quamuis is teſtamenti facti tempore nullius ſit.

Non videtur quis eũ inſtituere quem legando grauauit. Barto.

LXV. IDEM *libro duodecimo Epiſtularum.*

HEreditas [b] ad Statium Primũ nullo iure pertinet, cum inſtitutus heres nõ ſit : nec quidquam ei [c] prodeſt, quòd ab eo aliquid legatum eſt, aut libertus ei defuncti teſtamẽto commendatus eſt : ex quo [d] ſi manumiſſus non eſt, ſeruus eſt.

Coniunctus re tantùm, & coniunctus verbis tantùm, ad portionem vacantem pariter admittũtur. Bartolus.

LXVI. POMPONIVS *libro primo ad Quintum Mucium.*

SI ita quis heredes inſtituerit, †*Titius heres eſto :* [e] *Gaius & Mæuius æquis ex* [f] *partibus heredes ſunto.* quanuis & ſyllaba [g] coniunctionem faciat : ſi quis [h] tamen ex his decedat, nõ alteri ſoli pars adcreſcit, ſed & omnibus coheredib⁹ pro hereditariis portionibus : quia non tam coniunxiſſe quàm celerius [i] dixiſſe videatur.

HEreditas.] CASVS. In teſtamẽto meo ita dixi Statio Primo:lego Titio equum meũ, &Stichũ libertum meũ eidem Statio commendo : & Pãphilum ſeruũ meum eidemStatio cõmendo.nõ tamen heredem inſtitui dictumStatium. nunquid propter prædicta erit me⁹ heres Statius?Et dicitur quòd nõ. Item nunquid Pamphilus erit liberpropter hoc ꝙ eum cõmendaui Statio,vt dictum eſt? Et dicitur ꝙ nõ. Viuianus.

[b] *Hereditas ad Statium.* proprium nomẽStatius Primus.

[c] *Ei.* Statio : vt videatur inſtitutus.

[d] *Ex quo.* id eſt,ex qua commendatione,ſi manumiſſus nõ eſt,aliàs ſcilicet, non fit liber.& facit ſupra eod.l.ex facto autem. Alij dicunt ſeruum fuiſſe commendatum vt libertum: & tũc dicunt fallere in milite: vt.C. de teſta. mili.l. ex his. Item dic legatũ non valere : vt infra de lega. iij.l.ſi fuerit.§. fina. &.l. ſequẽt. & facit Cod.de iur. & fac. igno.l. cũ teſtamentum.

† Vide quæ ſcripſit Alcia. in hunc locum,& in cõmenta.ad legem, Triplici.j.de verb. ſigni. & lib. Parerg.7.c.9.

SI ita quis.] CASVS. Ita dixi in teſtamento meo : Titius heres eſto : Gaius & Mæuius æquis ex partibus heredes ſunto. & poſtea deceſſi. antequam autem Gaius prædictus adiret pro parte ſua hereditatem meam, deceſſit. quæritur, cui debeat adcreſcere ſua pars, vtrũ Mæuio, an Titio, an ambobus pro hereditariis partibus? Et dicitur quòd ambobus : quia quamuis coniunctus ſit Gaius & Mæuius verbis per copulam,& tamen non tam videor eos coniunxiſſe per dictam copulam, quàm voluiſſe eos celerius nominare. celerius enim dixi, Gaius & Mæuius heredes ſunto, quàm ſi dixiſſem, Gaius heres eſto, Mæuius heres eſto. Eſt & alia ratio:quia Gaius prædictus & Mæuius ſunt ſeparati re per illa verba in inſtitutione appoſita,æquis ex partibus &c. quamuis ſint coniuncti verbis. Gaio ergo prædicto qui mortuus eſt, erat coniunctus verbis tantùm Mæuius,Titius autem erat cõiunctus re tantùm:vnde non eſt mirum ſi ambo communiter habent partem Gaij. Viuianus.

[e] *Titius heres eſto.* per hoc apparet quòd totam hereditatem ei adſignare videtur. Accurſius.

[f] *Æquis ex.* ergo fuerunt iſti duo non re coniuncti, ſed verbis tantùm : quia per copulatiuam coniunctionem videlicet : vt.j. de lega.iij.l.re coniuncti.

[g] *Et ſyllaba.* dictio eſt. Accurſius.

[h] *Si quis.* Gaius vel Mæuius.nam de Titio nõ eſſet dubitatio: quia idem eſt in eo.

[i] *Celerius.* electiuè.q.d. non coniunxit ſcilicet re : quia dixit ex æquis : aliàs eſſet ſecus ſi omiſſum ſit ex æquis : vt.ſ.eo.l. interdum. ſed celeriter dixit, ſcilicet coniungẽdo verbis : ſicq; dixit celerius, quàm ſi dixiſſet Gaius heres eſto, & Mæuius heres eſto. Alij dicũt, vt Azo & H. quòd coniunxit ſcilicet re. nam quantum ad ius adcreſcendi re omnes videntur cõiuncti, quaſi teſtator id dixiſſet celeriter. verè tamen duo verbis, alter re coniunctus eſt : & ſic ſecundum eos fictione ſunt re coniuncti. apparet ergo Gaium coniunctum eſſe Mæuio verbis,& Titio re.& ſic ſimul admittuntur per.l. iſtam:licèt alij præferant re cõiunctum: alij verbis cõiunctum.arg. j.de leg.iij.l.re cõiuncti. & hîc dicunt quòd re tãtùm ſunt coniuncti.& quod dicit, ſyllaba &, faciat cõiunctionem,ſ.aliàs, non hîc qđ non placet. ſi autẽ re & verbis aliquis eſſet coniũctus,deficiẽti ille pręfertur:vt.ſ.eo.l. heredes &.d.l.re cõiuncti. & facit.ſ.eo.l. liber homo.§. Titius.&.j.de le.ij.l.Mæuio.&.C. de cadu.tol.l. j.§.his ita.&.j.de leg.ij.l. Lucius. Accur.

Inſtitutio plenior præualet. Bartolus.

LXVII. IDEM *libro ſecundo ad Quintum Mucium.*

SI ita †ſcriptum fuerit, [k] *Tithaſus* * *ſi in capitolium aſcenderit,* [l] *heres eſto:* [m] *Tithaſus heres eſto:* ſecunda ſcriptura potior [n] erit. plenior [o] eſt enim quàm prior.

Inſtitutio non poteſt conferri in alterius voluntatẽ expreſſam, ſed relatam ſic. Bartolus.

LXVIII. IDEM *libro ſeptimo ad Quintum Mucium.*

SI quis Sempronium heredem inſtituerit ſub hac conditione, *Si Titius in capitolium aſcenderit* : quanuis non aliàs heres eſſe poſſit Sempronius, niſi Titius aſcẽdiſſet in capitolium,& hoc ipſum in poteſtate ſit reposſitũ Titij : quia tamen ſcriptura non eſt expreſſa voluntas Titij, erit vtilis ea inſtitutio. Atquin ſi quis ita ſcripſerit : *Si Titius voluerit, Sempronius heres eſto* : non valet inſtitutio. Quædam [p] enim in teſtamentis ſi exprimantur, effectum nullum habent : [q] quando ſi verbis tegantur, eandem ſignificationem habeãt, quam haberent expreſſa : & momentũ [r] aliquod habebunt. [ſ] Sic enim filij exheredatio cum eo valet, ſi quis heres [t] exiſtat. & tamen nemo du-

SI ita ſcriptum.] CASVS. Ita ſcripſit Seius in teſtamento ſuo : Tithaſus heres eſto, ſi in capitoliũ aſcenderit. Tithaſus heres eſto. & deceſſit dictus teſtator. certè ſecũda ſcriptura potior erit.nam cũ ſit pura, plenior eſt quàm prima cõditionalis : & ita Tithaſus habebit hereditatẽ purè nõ expectãdo aliquã cõditionem. Viuia.

† Concor. cũ hac. l. ea. ſi pater. in gl. ſup verb. certa re. ante medi.ibi, ſcire debes. extra de teſta.lib.6.

* Quod nomen Græcè ſignificat cicuratum & mãſuetum.

[k] *Si ita ſcriptum fuerit.* ſcilicet Tithaſus.

[l] *Aſcẽderit.* ſcilicet quilibet eorum.

[m] *Eſto.* ſ. purè.

[n] *Potior.* Not.plenioré voluntatem ſeruandã.

[o] *Plenior.* eſt enim pura.ad quod ſupra eo.l.ſi te ſolum.§.j.&.j. de cõdi.& demõ. nam ad ea.

SI quis Sempronium.] CASVS. Seius inſtituit ſibi heredem Semproniũ ſub hac cõditione, ſi Titius aſcenderit capitolium. certè valet inſtitutio. ſi autẽ Seius ita ſcripſiſſet, Sẽpronius heres mihi eſto ſi Titius voluerit : nõ valet inſtitutio. & eſt ratio : quia quædam ſunt quæ ſi in teſtamẽtis exprimantur, effectum nullum habent: ſicut eſt quando cõmitto inſtitutionem Sempronij in expreſſam voluntatem Titij : vt dictum eſt. Item quando facio exheredationem filij mei tali modo : Titius heres eſto. & cum heres erit, Titius filius exheres eſto. & ſic fuit expreſſa conditio exheredationis. prædicta autem expreſſa poſſunt verbis tegi, & eandem habent ſignificationem ac ſi expreſſa fuiſſent,& valent:veluti cum Seius ita dixit: Inſtituo mihi Sempronium heredem ſi Titius capitolium aſcenderit.nam quãuis aliàs non poſſit heres eſſe Sempronius niſi Titius aſcendat capitolium,& quãuis hoc ipſum in poteſtate ſit repoſitum Titij : quia tamen in inſtitutione nõ eſt expreſſa voluntas Titij, erit vtilis ea inſtitutio. Item & cum conditio exheredationis filij non eſt expreſſa, ſed fuit facta hoc modo, exheredo filium meum &c. tunc ita demum erit exheres filius, ſi quis alius heres extiterit. quamuis ſi expreſſa fuit cõditio exheredationis,non valeret exheredatio: vt dictum eſt. Viuianus.

[p] *Quædam.* No. quædã expreſſa nocent,quæ tacita non nocerẽt.

[p] *Quædam enim.* non tamen omnia : vt.ſ.l.proxi.

[q] *Nullum effectum habent.* concor.j.de cond.& demon.l. nonnunquam.&.l.ſi in diem.in fi. &.ſ.eo.l.illa. &.j.de leg.ij. ſi ita legetur. Sed arg.cõtra.j.eo.ti.l.j. Solu.vt ibi. Item facit.ſ.eo.l.talem.§.j.&.j. de verb.obliga.l.eum qui.§.j.&.j.de lega.j.l. ſi ita legatum.§.j. &.l. ſenatus.§.legatum.&.ſ.de teſta.tute.l. tutor ita.

[r] *Momentum.* id eſt firmitatem.

[ſ] *Habebunt.* id eſt valebunt.

[t] *Si quis heres.* dic quòd ſunt verba legis. q.d. nulla eſt exhereda-

UNED

tio niſi heres inſtitutus ſit,& adeat:vt infra de contra tabu.l.filium §. ſed cum exheredatio. & ſic lex intelligit hanc conditionem quæ ab homine non poteſt poni, vt ſubiicit: quia non poteſt fieri exheredatio ſub conditione: vt ſupra de lib. & poſtu.leg.iij.§. purè. quod ſi fiat, ille gradus non valeret, habito filio pro præterito: vt infra titu.j.l. ex facto.§. Lucius. cum enim exheredatio debeat præcedere effectum inſtitutionis, ne filius inueniatur præteritus: hîc non eſſet ita: imò præcedere inuenitur inſtitutionis effectus cũ ſic dixit, Titius heres &c. Accur.

bitat,quin ſi ita aliquis filium exheredauerit, *Titius heres eſto: & cum heres erit Titius, filius exheres eſto:* nullius momenti eſſe exheredationem.

Expreſſio eorum quę tacitè inſunt, nihil operatur ſi exprimantur prout inſunt.ſecus ſi alio modo. Bartolus.

LXIX. PROCVLVS *libro ſecundo Epiſtularum.*

CORnelius & Mæuius, *vter eorum volet, heres eſto*. vterque vult. Trebatius neutrum fore heredem, Cartilius * vtrunque.tu ᵃ cui adſentiaris? Proculus: ᵇ Cartilio adſentior: & illam adiectionem, *vter eorum volet*, ſuperuacuam ᶜ puto. id enim etiam ea non adiecta futurum fuit, vt vter vellet, heres eſſet: vter nollet, heres non eſſet. Quòd ſi hi ex numero neceſſariorũ heredum eſſent, tum id non fruſtra adiectũ eſſe: & non ſolùm figuram, ᵈ ſed vim ᵉ quoque conditionis ᶠ continere dicerem: ᵍ tamen ſi vterq; heres eſſe vellet, vtrumque heredem eſſe.

LXX. PAPINIANVS *libro ſexto Reſponſorum.*

CAptatorias ʰ inſtitutiones † non eas ſenatus ⁱ improbauit, quæ mutuis affectionibus ᵏ

Cornelius.] CASVS. Ita dixit Titius in teſtamento ſuo: Cornelius & Mæuius vter eorum volet, heres eſto.& deceſſit. poſtea vterque volebat heres eſſe.certè vterque erit heres. illa enim adiectio, vter eorum volet &c. eſt ſuperuacua, ideo, quia etiam ea nõ adiecta futurum fuit vt vter vellet, heres eſſet: & vter nollet, heres nõ eſſet. ſi autẽ prædict⁹ Cornelius & Mæuius erat ex numero neceſſariorũ heredum Titij:tũc dicta verba, vter eorũ volet &c.non ſunt ſuperuacua: ſed habent vim conditionis. & ſi vterq; eorum volet heres eſſe, vterque erit heres.& ſi vnus tãtùm volet eſſe heres, ille erit heres. Viuianus.

* Iuriſcõſulti huius fit mentio.ſ.cõmoda.l.ſi vt certo.§. ſi me.

a *Tu.* Procule.

b *Proculus.* in ſecunda & prima perſona de ſeipſo dicit.

c *Superuacuam.* ſuperuacua eſt in hereditate: quia etiam eo non adiecto nõ acquiritur niſi velit. vnde non trãſmittitur hereditas non adita ad heredem: vt.C. de cadu. tol.§. in nouiſſimo. ſecus tamen in legato: vt infra de leg.j.l.ſi ita legatum. §.illi.& infra de condit. & demonſtra.l.ſi ita expreſſim. quia legatum poſt mortem teſtatoris tranſmittitur: vt prædicta.l. ſi ita legatum, dicitur. Sed nõnne hereditas in quibuſdam caſibus etiam non adita tranſmittitur: vt.C.de iis qui ante aper. tabu.l.vnica. an ergo tunc erit idem quod in legato? Reſpon. quòd non. ſed videtur quod idem, arg. eiuſdem legis.

† Quæ ſint captatoriæ inſtitutiões, vide Anto. Aug.lib.4.c. 15. & Alciat. li. 2. Parerg. cap.31.

Hereditas nõ adita nõ tranſmittitur.

d *Figuram.* ſcilicet verborum ſuperuacuam,quę ſcilicet non dicemus: vt infra de actio. & obliga.l. non figura. & dic figuram, id eſt formam.

e *Vim.* id eſt poteſtatem.

f *Conditionis.* quia ſi volunt, erunt heredes,non inuiti,quod eſſet niſi hæc conditio eſſet: vt hîc,&.ĵ.de condit.inſtit.l.verba.& infra eo.l. iam dubitari.in fi. & facit.ſ. eod.l. Titius & Seius. &.ſ. eod.l. proxi. cum ſuis concor.

g *Dicerem.* modo ſoluit primam quæſtionem.

CAptatorias.] CASVS. Si rogaui Titium vt propter affectionem quam mihi debet, inſtituat Seium heredem, & ipſe eum inſtituit: certè iſta captatoria.i. adulatoria inſtitutio non eſt improbata à ſenatuſconſulto Liboniano: ſed illa captatoria improbatur quæ collata eſt ad ſecretum alienæ voluntatis, puta ſi inſtituit Titius Seium ſi voluero ego. Viuianus.

h *Captatorias.* id eſt deceptorias & nota quaſdam licitas, & quaſdam illicitas. ſic & aliàs permittitur deceptio in pretio rerum: vt ſupra de mino.l.in cauſæ.ij.in fine. Accurſius.

Deceptio quandoque permittitur.

i *Senatus.* id eſt ſenatuſconſultum Libonianum: vt innuitur infra de iis quæ pro non ſcript.l.j. & de lega.ij.l. Lucius.§. Sempronius. Accurſius.

k *Affectionibus.* vt ſi induco teſtatorem blandis verbis vt me inſtituat, vel mihi leget: hoc enim valet.non enim iſta per ſenatuſcon-

A ſultum improbatur: ſed illæ quarum conditio &c.vt, quos Titius voluerit,heredes inſtituo. Accurſius.

l *Prouocauerunt.* vt.ĵ. ſi quis ali.teſta. pro.l.fi.

m *Conditio.* de futuro, non de præterito: vt infra.l. proxi. & da exemplum ſupra eo.l.illa inſtitutio. Accurſius.

iudicia prouocauerũt, ˡ ſed quarum conditio ᵐ confertur ad ſecretum alienæ ⁿ voluntatis.

LXXI. PAVLVS *libro quinto ad legem Iuliam & Papiam.*

ILlæ autem inſtitutiones ᵒ captatoriæ non ſunt, veluti ſi ita heredem quis inſtituat: *Qua ex parte Titius me heredem inſtituit, ex ea parte* † *Mæuius heres eſto*: quia in præteritũ, non in futurũ inſtitutio collata ᵖ eſt. Sed illud quæri poteſt, an idem ſeruandum ſit, quod ſenatus cenſuit, ᵠ etiã ſi in aliam perſonam captionem * direxerit: veluti ſi ita ſcripſerit: *Titius ſi Mæuium tabulis teſtamenti ſui heredem à ſe ſcriptum oſtẽderit* ʳ *probaueritque, heres eſto*. Quod in ſententiam ˢ ſenatuſcõſulti incidere non eſt dubium.

LXXII. TERENTIVS CLEMENS *libro quarto ad legem Iuliam & Papiam.*

SI quis ſolidum ᵗ à lege ᵘ capere non poſſit, & ex aſſe ſit inſtitutus ab eo qui ſoluendo nõ eſt: Iulianus ex aſſe eum heredem eſſe reſpondit. legi enim ˣ locum non eſſe ʸ in ea hereditate quæ ſoluendo non eſt.

Conditio adiecta in inſtitutione, nõ videtur repetita in ſubſtitutione. Bartolus.

n *Alienæ.* id eſt non teſtantis. & facit.C.de teſta.mili.l.captatorias.& infra de lega.j.l. captatoriæ.&.ĵ.de cõdi.inſti. l.mulier.§.fina. & ſupra eo.l.ſi quis Semproniũ. ver.atqui.

ILlæ autem.] CASVS. Teſtator dicit:qua ex parte Titius me heredẽ inſtituerit, ex ea parte Mæuius heres eſto.non eſt captatoria inſtitutio, & valet: quia eſt collata in pręteritum.ſi autẽ ita dicat:Titius heres eſto ſi oſtẽderit & probauerit Mæuium heredem à ſe ſcriptũ in tabulis teſtamẽti ſui: tunc bene eſt captatoria, & nõ valet. nã incidit in ſententiam dicti ſenatuſconſulti. Viuianus.

† Petrus Faber vir clariſſ.& doctiſ. ingenioſè not. hanc vocem abundare.

* captationem.

o *Illæ autem inſtitutiones.* quæ non faciunt cõditionem:vt ſupra ſi certũ peta.l.itaque.& facit ſupra eo.l.hoc articulo.& ſupra eo.l.ij.

p *Collata.*& ideo valet.

q *Cenſuit.* Libonianus prohibens fieri in futurum, puta, ſi feceris me heredem, heres eſto: vt infra de iis quæ pro nõ ſcrip.l.j.in fi.

r *Oſtenderit.* futurũ ſub iunctiui. ſic & in verbo probauerit,& ſic de futuro.Accurſius.

ſ *In ſententiam.* debet e-

D nim inſtitutio ex mera affectione fieri, non per metum pœnæ:ᵃ vt ĵ.de verb.oblig. l.ſtipulatio hoc modo. nec cupiditate lucri: & ſic qui renuntiat præbedæ vt alius habeat, libere facere debet.hîc autem ponitur in voluntate heredis, ſcilicet vt ſi aliũ inſtituat: quanquam & ſine hoc eſſet in eius poteſtate.& facit.ſ.l. proxi. cum ſuis concor. Accurſius.

a] Nam ſi metus qui cadit in conſtantẽ virũ, renuntiatio ni tali interueniat: non eſt opus renuntiati noua collatione: ſed impetrata abſolutione à iuramẽto, petitur ad beneficium qđ renuntiauit, in integrum reſtitui: vt not.Panor. 1 c.ſuper hoc. extra de renũ. & in.c. abbas. quod metus cauſa & Rota dec. 374.inci. dubitatumfuit. anno. Pœna immunitatem nõ præſtat.

SI quis ſolidum.] CASVS. Titius non exiſtens ſoluendo creditoribus ſuis, inſtituit ſibi heredem ex aſſe filium ſuum naturalem pone: qui naturalis non poteſt capere vltra vnam vnciam filiis legitimis & naturalibus extantibus. nunquid erit heres ex aſſe ſiue in totum? Et dicitur quòd ſic: quia ſatisfacto creditoribus, non remanebit ei niſi vna vncia, & fortè minus. Lex enim quæ vetat eum accipere vltra vnam vnciam, non habet locum in hereditate quæ non eſt ſoluendo. Viuianus.

t *Si quis ſolidum.* vt filius naturalis: vt.C. de na.lib.l.ij.item &.C.de ſecun.nup.l.j. Accurſius.

E u *A lege.* id eſt occaſione legis impedientis.

x *Legi enim.* quæ ideo quem inſolidum capere vetat, ne commodum ſentiat totius hereditatis. non etiam ne onera ſuſtineret ſolus. pœna enim nemini immunitatem præſtare conſueuit: vt.ĵ.de inter. & releg.l. antepenul. §.fi. Ro. ſic ergo pro vtilitate aliorum hoc habet,non pro ſua. ſic.ĵ.ad Treb.cogi.§.his.& infra ſi quis aliquem teſta. pro.l.j.§.j.& infra de le. præ.bo. poſſ. contra tabu.l.iij. §. penul.&.ĵ.titu.j.l. ſi is qui. & infra de contra tabu.l.non putauit §. ſi quis ſua.&.ĵ.de leg.ij.l.cum ei.

y *Non eſſe.* non capacem eſſe capacem, in odium ſui.

SVb conditione.] CASVS. Inſtitui mihi heredem Titium ſub cõditione ſi nauis ex Aſia venerit vſque ad annum, & ſubſtitui ei Seium, & deceſſi. poſtea tranſiuit annus,& non venit nauis,& ſic defecit conditio, & viuit adhuc Titius inſtitutus. certè erit heres purè ſubſtitutus prædictus: quia in ſubſtitutione ſua non repetij conditionem. Viuianus.

Sub